

M.S. en 4.º pergamino regular con 327 hojas.

Tractatus de Sacrosancto Trinitatis misterio, auctore Ludovico de Sola: et de Sacramento Eucharistiae, per P. Jacobo Perez.

Rotulata

Sola di Trinitate

2 cuaros

son 15 Rs

2


CONGREGATIONES AQUARUM APPELLAVIT MARIA Gen. 1
A MARI ABVNDAVIT COGITATIO EIVS Ecclesiast. 24
Thome de Dios f.

Tractatus de Sacrosancto Trinitatis mysterio Au-
thore P. Ludovico de Sola Societatis
Jesu In collegio Divi Hermene-
gildi Hispalensi die. 10
Septembris Anno 1657

Disp. 1 De possibilitate et existentia mysterii Sanctissimae Trinitatis.

1 Deum esse trinum in personis et in essentia unum primum catholicae fidei principium est. Et ideo haec disputatio praecipue instituitur contra haereticos qui hoc sacrosanctum misterium tanquam repugnans et plane chymericum impudentissime oteminauerunt. Nec tamen propterea catholicis disputationibus inutilis est. Hi enim supponentes tanquam certissimam possibilitatem et existentiam eius mysterii, attendentes principiis divinae fidei circa convenientiam et compositionem principiorum naturalium cum ipso gravissimas quaestiones et difficillimas excitant, quas non in praesenti disputatione, qua hanc de Summa Trinitate tractatus ordiri visum est pro modulo et tenuitate nostra examinabimus.

Cap. 1. Num possit naturalibus principiis demonstrari, naturam et essentiam Divinam intmultiplicabilem esse in plures realiter distinctas?

Sectio 1. Hoc demonstrabile est principiis naturalibus.

2 Contradicunt Gentiles sua illa infinita turba Deorum, et haeretici, qui cum credant Patrem, Filium et Spiritum Sanctum esse Divinos, defendunt tres Divinas essentias habere: Hi sunt Tritheitae, et alii

quos refert P. Montoia tomo de Trinitate disp. 20 s. 2, a quibus non discedit Abbas Joachimus damnatus in Concil. Lateranensi capite damnamus de Summa Trinitate, qui dicebat esse inter Divinas personas collectivam duntaxat Unitatem: et Raymundus Lullius, ut refert Eymericus in directorio de 2 q. 9. num. 5. et Bellarminus lib. 1 de Christo cap. 2. Quibus etiam annumero Authotheanos, qui asserebant Christum Dominum esse quidem Deum, sed a se ipso, et non a Patre. Videatur idem Ruiz disp. 1ª s. 1. et disp. 4. s. 1.

Sed communis et certissima catholicorum et nostram assertionem propugnat cum S. Thoma 1ª p. q. 11 artic. 3. Inter alios possunt videri rem hanc ad unguem explorantes P. Suarez disp. 29 Methaph. s. 2ª a num. 7. R. P. Hurtado disputatione ultima meth. a num. 1. P. Arriaga 1ª parte disp. 2 s. 5. et disp. 41. a num. 42. Nos autem aliis omissis argumentis, quibus non difficile occurrent adversarii, una altera ve demonstratione irrefragabili ab omni dubio procul constituamus hanc veritatem.

Sectio 2. Prima demonstratio ostenditur.

Si semel sit verum aliquam naturam et essentiam Divinam esse, quod est indubitatissimum, haec certe constituenda est omnium quae esse, vel excogitari possunt perfectissima, quod tanquam primum principium lumine naturae notum ab omnibus desideratur. Est itaque (inquit Ricardus Victorinus l. de Trinitate cap. 20.) certum dictis verum maxima propositio, et cunctis in communi, quasi communis animi conceptio, Deo attribuere quidquid altius attingit humana existimatio. Et hoc certitudinis solido et quasi intimae veritatis fundamento Summi etiam Magistri passim disputationis suae initium sumpserunt cum de Divinis proprietatibus Boetius et Augustinus disserere intendunt. Hoc Ricardus. Videatur noster Raynaudus in sua Theologia naturali distinct. 5. q. 1. artic. 2º a num. 15. Ubi hoc ipsum non solum ex SS. PP. sed etiam ex philosophis esse evidentissimum axioma demonstrat.

Sed si naã et eẽ Divina eet infinitae realiter distinctae multiplicabili non eet omnigena excogitari poss. perfectissima, ergo etc. Probo hanc minorem qa nec naã et esa Divina abstracta a differentiis Deorum, nec contracta in singulis, nec in collectione omnium eet perfectissa omnium excogitabilium; ergo etc. Probo ant: qa in primis naã Divina abstracta a differentiis Deorum non eet omnium perfectissima: Nam sic abstracta careret specialibus perfectionibus singulorum Deorum eet velusi actus [illegible] et gaa perfectibilis per actus secundos differentias.

5 Deinde contracta per Deum A non eet omnium perfectissima qa careret perfectionibus Deorum B et C. Tertio contracta per collectionem omnium Deorum non eet et metaphysice perfectissima; quia illa collectio eet unum ens per accidens, quale est civitas vel regnum; sed civitas non est unum perfectum physice et metaphysice, sed civiliter et politice; quia ea inter quae nulla intercedit unio physica vel metaphysica, nec physice nec metaphysice perficiunt aut efficiunt [illegible] ergo etc.

7 Quae ratio magis urgetur, quia vel rationi communi additur perfectio per differentias particulares Deorum, vel non. Si hoc dicatur superuacanea est multiplicatio; quia nihil additur, vel additur Divinitati per Deum secundum unde tanquam inutilis et superfluus erit excludendus. Si autem dicatur alterum nempe addi perfectionem multiplicatione, sequitur naam Divinam non esse perfectissimam omnium excogitabilium. Nam longe eet praestantior illa cuius excellentiae nihil possit accrescere per particulares differentias ergo etc.

8 Alia via potest urgeri et confirmari haec demonstratio: quia si semel admittatur Deorum multiplicatio et hoc non repugnare summae Divinae naturae perfectioni et simplicitati, ponendi erunt Dii infiniti, nam quare hoc numero circumscribetur et non ultra procedet Divinitas? Sed quae maior absurditas, quam ponere Deos infinitos? Ergo Deum esse unum non solum fide constat sed naturali ratione est demonstrabile.

9 Sectio 3. Demonstratio 2

Ratione altera non minus clara eandem veritatem persuadeo, quam inter alios egregie P. Arriaga ponderat locis citatis et maxime disp. 41 a num. 42. Si semel sint plures Dii aut omnino concordes sunt tribuendi, et necessitati ad unum et idem volendum, et efficiendum, aut singuli liberi et potentes pro suo arbitratu velle atque efficere quod decreverint. Illud primum est evidenter falsum. Hoc secundum absurditates involuit Deo indignissimas, quod non esse plures Deos evidens est.

Probo esse evidenter falsum posse plures Deos concedi omnino concordes et necessitatos ad idem volendum et efficiendum duplici medio. Primum est, quia vel singuli seorsim possunt cuncta velle et efficere, vel non nisi in consortio aliorum. Si singuli seorsim possunt cuncta; iam collectio evadit superflua et inutilis. Nam frustra fiunt per plura, quae possunt aeque efficaciter et commode per pauciora. Si vero non possint singuli seorsim, sequitur esse singulos Deos imperfectos et insufficientes, atque adeo nulli in particulari posse dari cum proprietate nomen Dei. 10

Quid? quod sequitur rei nullius posse Dei nomen, quod est nomen perfectionis summae physice et methaphysice accommodari, non singulis propter dicta, nec collectioni, quia non est unum ens per se, sed per accidens consurgens ex multis entibus completis, sicut civitas, cuius partes non efficiunt totum physice aut methaphysice, cum nulla inter se unione copulentur physica vel methaphysica, sed ad summum moraliter et politice, atque adeo non potest evadere totum ex iis singularibus coalescens physice et methaphysice perfectum, ad quam perfectionem infinitam singularia in particulari non accesserunt. Ergo sequitur ex dictis nomen Dei nulli rei in particulari posse cum veritate et proprietate accommodari; nec minus firmum est alterum medium ad idem convincendum. 11

Intelligibile non est quomodo si plures dii necessitandi sint ad volendum unum, et idem, si liberi sint et sui arbitrii domini. Quod ita ostendo. Si eo ipso quod Deus primus vellet 12

producere mundum in hoc instanti A necessitaret ad idem volendum Deus secundus et sic de caeteris, vel esset, quia hi non possent resistere dicto decreto primi Dei, et hoc est esse inferiores illo, et suae voluntati subordinatos, atque adeo non esse Deos. Vel quia ab ipso obiecto raperentur ad sui amorem, et hoc est evidenter falsum: quia nihil creatum necessario rapit Divinam voluntatem ad sui amorem, quia non est intelligibile quod ad illum amandum necessitentur.

13 Quod ita corroboro et illustro de facto Deus produxit hunc mundum in instanti A, et non in instanti antecedenti, et aliis infinitis, quae praecesserunt ex aeternitate, in quibus revera potuit mundum non minus bene et commode producere. Quare quod si plures essent Dii non posset Deus primus, verbi gratia qui non minus potens est quam Deus secundus et sic de aliis, determinari ad non volendum mundum in dicto instanti A in quo accidit illum voluisse hunc Deum secundum.

14 Certe ex parte Dei primi nihil apparet per quod restringendus sit ad mundum volendum in dicto instanti A cum non minus apte et commode possit illum velle in quocumque alio, et ex parte obiecti etiam nihil est, quo talis Deus necessitetur ad sui amorem pro tali instanti determinato, potueritque amare illum pro quocumque altero. Nec potest dici resultaturam esse necessario voluntatem mundi in caeteris Diis eo ipso quod sit in uno, quia eodem fundamento possemus dicere contrarium, scilicet resultaturam esse voluntatem mundi in uno eo ipso quod sit in caeteris; aut dicant adversarii quare unius voluntas fortior erit ad multos trahendos ad se non minus potentes, quam voluntas plurimorum ad trahendum unum?

15 Item quia si resultaret voluntas et amor mundi in omnibus necessario, eo ipso quod ab uno haberetur iam voluntas et amor mundi non esset liber in omnibus, sed necessarius et per resultantiam habitus: sed non potest dici mundum amari et fieri a Deo necessario quia etc. Quod si non admittant hanc necessariam amoris resultantiam, sed asserant omnes

in idem volitum aut nolitum concurreri simul necessi facile conuin-
cent falsitati apertæ. Nam ut sic concurrant aut ex parte Deorum
ipsorum, aut ex parte obiectorum aliquid debet agnosci, quo prædeterminent
ad volendum unum et idem, vel nolendum. Sed neque ex parte Deorum
aliquid agnoscit: quia cum summa libertate se determinant ad a-
mandum pro hoc instanti mundum, et nolendum pro cæteris. Neque ex
parte obiectorum ipsorum; quia non maiorem vim attractiuam habet mun-
dus pro hoc instanti, quam pro cæteris, ut est euidens; ergo dici non potest
Deos illos plures necessario concursuros simul ad idem nolitum et volitum

2°. 16

Si propter hæc et alia, quæ prosequi non esset difficile affirmauerint, qui
hanc Deorum pluralitatem intruserint omnes liberos esse, et singulos a sin-
gulis independentes sequuntur ex ista positione tot absurditates, quod nullo
nisi insipienti esset Deos tales admittere. Primo in ducuntur fabulosæ
sentiones, quas in suis Diis euitare non potuerunt Gentiles. Quo, quid turpi-
us et indignius Diuinæ? Secundo nihil in mundo fieri et fieri omnia. Ergo
cum Deus primus vg. qui decernit esse mundum in hoc instanti sit Omnipo-
tens mundum efficiet. Et cum alii infiniti Dii qui mundum esse nolunt in ta-
li instanti, sint etiam Omnipotentes, mundus non erit. 17

3°. quia experimur in
creaturis mundi, nempe omnia dirigi in unum finem, etiam si longe contrariis
et aduersis naturis constent. Ex quo argumento colligit D. Thomas euidenter Vnitatem
principii in ea quæ fit citata arbitr. 3 sæpissime nos fallere. Nam singuli
Deorum in suos fines, qui quidem inter se distantes et contrarii essent creaturas
ordinarent, et promouerent: quo illæ seruientes multis dominis strauia impe-
rantibus in perpetua confusione perirent. Neque esset ratio propter quam huic
potius Deorum quam alteri vocanti essent responsuræ; cum non esset minus do-
minus, nec minus potens, qui vocaret ad orientem, quam qui ad occasum impel-
leret. Ergo euidens est et non solum fidei lumine certum, non posse esse plures
Deos.

Cap. 2 Num possit naturalibus principiis ostendi Divinitati convenire aliquam sui communicationem.

§. 1. Punctum controversiae, et nonnulla certa

18 Negata communicabilitate Divinitatis in plures Deos, de triplici alio modo communicationis potest institui quaestio. Primus modus est imperfectus et diminutus, qua scilicet ratione se communicat creaturis, quae a Deo authore suo participant aliqualem sui similitudinem, nempe analogicam ei conditionem, qua simile est vestigium viro homini, qui illud impressit. Et hac ratione Divinitatem esse communicabilem, omnino evidenter demonstratur, quam creaturae sint a Deo, et ab eo pendere, tanquam a primo motore, et universalissimo principio.

19 Secundus modus communicationis est perfectissimus, quo scilicet Deus ratione personalitatis suae absque ulla mutatione sui alteri naturae communicatur, ut per dictam personalitatem Divinam ultimo completa sit et supposita. Qua ratione de facto Verbum Divinum humanitati Christi Domini communicatur. Et de hoc modo communicationis Dei, eius quae convenientia aut repugnantia cum natura et principiis eius agunt theologi in tractatu de Incarnatione Verbi.

20 Tertius modus communicationis etiam perfectissimus est eiusdem numero naturae et essentiae alteri tanquam supposito et personae realiter distinctae. Quomodo de facto natura Divina communis est Patri, Filio, et Spiritui Sancto. Et de hoc modo communicabilitatis inquirimus in praesenti, num possit ostendi principiis naturalibus. De quo hoc unum certum est, supposita fidei doctrina, qua nobis constat de facto Deum esse trinum in personis, et unum in essentia, repugnantiam non esse cum natura et principiis eius talis perfectae communicationis, quod ex definitione expressa Concilii Lateranensis constat, dicentis, multa esse in nostra fide supra, nihil tamen contra naturam.

Propterea antiqui quidam theologi asserentes hoc mysterium, et alia nostrae fidei esse contraria naturae ut constat ex Ambrosio lib. de his, qui sacris 21
initiantur cap. 9. quod etiam solet tribui Holcoto in I° distinct. 3a tanquam minus caute, et in modo loquendi circumspecte reprehendunt, nam quis non advertit esse longe diversum mysteria fidei supra naturam esse, quam illam destruere. Et quidem fidei mysteria contrariari esse naturae eiusque certis, et evidentibus principiis ratione manifesta potest ostendi: quia cum Deus sit author et causa naturae, et principiorum eius, et haec aliqualem habeant sui esse participationem et similitudinem, non possunt opponi mysteriis fidei, in quibus continetur, et exprimitur perfectior ipsius Dei similitudo. Sicut imago hominis imperfecta quidem et diminuta; sed in vera, non potest opponi hominis imagini perfectiori; quare tanquam indubitatum et certum est tenendum eam naturae divinae communicabilitatem, quae communiter est tribui divinis personis nec naturae, nec primis eius principiis contradicere, sed cum iis mirabiliter componi, si sicut oportet intelligantur, et explicentur. 22

Unde colligitur nulla nos posse demonstratione compelli ad denegandum ullum ex mysteriis nostrae fidei, quia cum demonstratio non nisi ex certis et evidentibus habeatur, et nullis talibus principiis revera inniti possit discursus, quo concludatur exclusio ex mysteriis fidei, quae revera sunt sicut docentur; ideo pro certo tenendum erit non veris argumentis, sed fallacibus et sophisticis paralogismis nos posse constringi ad denegandum aliquod mysterium fidei. 23

Constare etiam debet nullum revera esse primum principium naturale, cui contradicat mysterium Trinitatis, aut aliud nostrae fidei: et quod revera contradiceret de numero principiorum primorum, tanquam fallax et sophisticum paralogismum reiiciendum esse. Quod si tale foret et tantum, ut de veritate sua dubitari non posset respondendum esse nos hoc unum certo scire, cum primis principiis optime cohaerere mysteria nostrae fidei in sua germana explicatione, quam nos pro imbecillitate nostra non assequimur. Et non minimum est aurei verbis utar. S. Irenei

lib. 2 cap. (47) Si in spiritualibus, et caelestibus, et in his, quae habent revelari, hoc patimur nos, quandoquidem etiam eorum, quae ante pedes sunt (dico autem, quae sunt in hac creatura) quae et contrectantur a nobis, et videntur et sunt nobiscum, multa fugerunt nostram scientiam, et Deo haec ipsa committimus etc.

24 Quibus praesuppositis controversia est: num haec non repugnantia et convenientia, quae secundum rem intercedit inter mysteria fidei et specialiter inter communicationem eiusdem numero naturae tribus personis distinctis realiter, in qua consistit mysterium Trinitatis, possit ostendi et persuaderi sola praesidio luminis naturalis

Sectio 2. An solo praesidio luminis naturalis possit satisfieri argumentis, quae fiunt contra communicationem eiusdem numero naturae tribus personis realiter distinctis

25 Adeo difficilia sunt et obscura sophismata, quae fiunt contra communicationem eiusdem numero naturae tribus personis realiter distinctis, quod de natura nuda facile mihi persuadebo esse verum, quod communiter asseritur, scilicet talem modum communicationis, aut nunquam venturum in considerationem hominum, vel Angelorum; aut si forte in eam inciderint, statim tanquam chymericam eam esse exclusuros, tam constanti, et firmo iudicio, quod nec ad inquirendum vel dubitandum de tali possibilitate locum sibi relinquerent scilicet oppressi immo obruti maiestate mysterii

26 Quare non de nudo lumine naturali loquimur, sed de illustrato lumine fidei, vel auxilio gratiae eiusque aequivalenti: et sic inquirimus.. Num argumentis, quae contra hoc mysterium ab infideli fiunt, qui non admittit authoritatem Sacrae Scripturae ita apte et rationabiliter satisfacere possimus, quod nec ipse possit gloriari, quod nos coegerit ad concedendum, quod ex principiis naturalibus concludatur esse impossibile, nec confundi nos, quod de his, quae fide tenemus rationem reddere possimus

eam saltem minimam, qua impudentiam illorum et irrisiones de nostris mysteriis reprimere et contererere possimus.

Et quidem hoc sit illustratos lumine fidei posse infidelium argumentis satisfacere maiori cum probabilitate, quam respondent ipsi, multisque aliis quaestionibus indubitatum est, quam amabunde seruerunt SS. PP. et theologi, quorum vestigiis et doctrinis nos insistentes hoc ipsum esse certum positis argumentis eorumque solutionibus satis congruentibus manifestabimus.

Sectio 2. Communicatio eiusdem numero naturae tribus personis realiter distinctis bene stat cum illo primo principio quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.

Primum argumentum, quod opponitur communicationi eiusdem numero naturae tribus personis, habetur illo primo principio, quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se. Quod est unum ex notissimis lumine naturae, et traditur ab Aristotele lib. 7 Topicorum cap. 1. in medio philosophis omnibus applaudentibus. Quod sic proponi solet. Quae sunt eadem uni et eidem, sibi invicem sunt eadem; sed tres divinae personalitates sunt eaedem realiter uni et eidem essentiae divinae; ergo sibi invicem sunt eaedem, atque adeo non distinguuntur realiter. Vel a contrario consequentis ad contrarium antecedentis sic: Divinae personae non sunt realiter eaedem inter se, ergo nec sunt realiter eaedem cum unica et simplicissima natura divina.

Hoc argumentum adeo efficax iudicatum fuit a Gilberto Porretano, quod eo convictus affirmare tentaverit inter naturam divinam et relationes esse distinctionem realem; de quo errore dicam inferius, a quo non multum distat Durandus in 1o distinctione 33 quaestione 1 num. 3 et 31 ubi constituit distinctionem realem mediam inter naturam divinam et relationes. Modo eidem obiectioni novam vim addam confirmatione, ut constet difficultates nos non effugere, sed suis momentis omnibus ponderatas ad maiorem

veritati Anciudationem. Quae sunt idem re, ita se habet, ut quando unum multiplicantur multiplicentur caetera. Quod si natura Divina est idem realiter cum relationibus, implicat illas multiplicari, quin multiplicetur eadem natura Divina, vel e contrario. Quae sunt idem re, ita se habent ut quando unum non multiplicatur, non multiplicentur caetera; sed natura Divina est eadem cum relationibus; ergo si non multiplicatur nec multiplicantur relationes.

30 Hoc est argumentum primum et fortius contra mysterium Trinitatis, cui theologi varias adhibuerunt solutiones non inconsequentes, quibus tamen omissis, ut videantur in nostro Jacobo Ruiz disp. 15 sect. 3, ego resp. sic distinguendo maiorem: quae sunt eadem uni et eidem indivisibili formaliter et eminentialiter, sibi invicem sunt eadem, concedo maiorem; quae sunt eadem uni et eidem indivisibili formaliter, sed eminentialiter divisibili, sibi invicem sunt eadem, nego maiorem. Et similiter distinguo minorem: sed tres Divinae personalitates sunt realiter eaedem cum una natura Divina indivisibili formaliter et divisibili eminentialiter, concedo minorem; sunt eaedem realiter uni et eidem naturae Divinae indivisibili formaliter et eminentialiter, nego minorem. Unde patet esse negandam consequentiam.

31 Sed ne me adversarii accusent distinctionem ex mysterio extraxisse, idem argumentum opponam eis in aliis materiis ut manifeste videant distinctionem esse genuinam, et sine ea principium esse fallax. Quaecumque sunt simul cum duratione uni tertio indivisibili, sunt simul inter se; sed Petrus, qui fuit heri, et Paulus qui est hodie sunt simul aeternitati; quae est una et indivisibilis duratio; ergo sunt simul inter se. Cui argumento sunt responsuri adversarii eadem distinctione, quae sunt simul durationi uni tertio indivisibili formaliter et eminentialiter sunt simul inter se, concedo maiorem; uni tertio formaliter indivisibili, et eminentialiter divisibili nego minorem; et similiter distinguo minorem. Sed Petrus qui fuit heri et Paulus qui est hodie sunt simul aeternitati indivisibili formaliter et eminentialiter nego minorem; indivisibili formaliter, divisibili vero eminentialiter, concedo minorem. Et ideo nego consequentiam.

Similiter in unione ad animam rationalem sic arguitur; quae uniuntur immediate uni tertio indivisibili, uniuntur etiam immediate inter se; sed caput et pes uniuntur immediate eidem animae rationali indivisibili, ergo etiam inter se uniuntur immediate. Vel sic, quae sunt in eodem loco cum uno tertio indivisibili non possunt distare inter se; sed caput et pes sunt in eodem loco cum anima indivisibili, ergo non possunt distare inter se. Quibus argumentis eadem distinctio adhibenda est ab adversariis. 53

Et ut evidentius appareat neque ab Aristotele, neque ab ullo alio posse hoc principium usurpari sine tali distinctione in sua identitate, ita arguitur. Quae sunt eadem uni tertio, sunt idem inter se; sed petrus et paulus sunt idem homini, ergo sunt idem inter se. Quod argumentum eadem distinctione diruendum est: sed Petrus et paulus sunt idem homini tanquam uni indivisibili formaliter et eminentialiter nego minorem: tanquam uni indivisibili formaliter et eminentialiter divisibili concedo minorem; et ideo neganda est consequentia, qua concluditur identitas Petri et Pauli. Aristotelem accusamus, quod cum hac distinctione admiserimus illud principium 54

Quo tamen magis constet de veritate doctrinae adstruendum est aliquas esse entitates indivisibiles realiter, sed eminentialiter divisibiles, quia ratione suae perfectionis aequivalent multis entitatibus divisibilibus, et multarum entitatum distinctarum supplent officia non minus apte et commode, quam si revera plures essent. Talis est Dei aeternitas, quae cum sit una formaliter et entitative indivisibilis, divisibilis est eminentialiter, et aequivalens omnibus et singulis divisibilibus durationibus. Talis 55

etiam est anima rationalis, et sic de aliis spiritibus, quae licet sit entitative indivisibilis, est divisibilis eminentialiter, et aequivalenter, quia correspondet omnibus et singulis partibus corporis. Talis est item ratio communis univoca, scilicet homo et animal, quae rationes licet sint unum indivisibile formaliter et ex modo significandi, plures sunt eminentialiter, quatenus

multhi ss communes, de utrisque praedicabiles. Sicut igitur non bene vale
ret ad identitas aut simultaneitas temporis vel loci probandam, ita arguere.
Quae sunt eadem diversis tertiis realiter, sunt eadem inter se: ita certe non debet va
lere ad identitas aut simultaneitas Loci, vel temporis probandam sic arguere
Quae sunt eadem uni tertio entitative indivisibili, sed divisibili eminentialiter
vel aequivalenter, sunt eadem inter se. atqui natura Divina, quamvis sit una
indivisibilis, et simplicissima entitative, est eminenter et aequivalenter divi
sibilis; ergo non bene infertur ex identitate relationum divinarum cum natura Di
vina, identitas illarum inter se. Ex quibus constat manifeste mysterium Trinita
tis cum illo principio. quae sunt eadem uni tertio etc. bene componi.

Ad rationem vero

eadem distinctione, quae sunt idem re omnimoda identitate reali formali, et emi
nentiali, ita se habent, ut quando unum multiplicatur, caetera multiplicentur concedo
maiorem. quae sunt idem non omnimoda identitate, nego maiorem. atqui natura divina
non est idem omnimoda identitate cum relationibus sed solum identitate entita
tiva et formali; et ideo non bene colligitur ex multiplicatione relationum naturae ip
sius multiplicatio.

37) Sed ne videatur aspera doctrina, et quaesita ad mysterium defenden
dum iam elucido exemplis non dissimilibus ex aliis materiis traductis. Et primo
quidem ita arguo. Quando duo ita se habent, ut unum alteri identificetur, si unum vi
taliter producitur alterum etiam vitaliter producendum erit; sed ens et actualis
vita creata identificantur ergo si ens vitaliter producitur illud etiam vitaliter
producendum erit. Cui argumento nostra distinctione sunt satisfacturi, neque
firmare cogantur, qualitatem, quae est actualis vita sub ratione entis produci vi
taliter; quod non minus est falsum, quam produci vitaliter quia illud est ens

38 ita arguo: Si actio est vitalis, implicat non producere vitaliter, quia per ipsam
effectum producitur, sed actio, qua homo generat hominem est vitalis ergo implicat
non producere vitaliter, quia per ipsam producit hominem. Cui argumento etiam
sunt omnes responsuri nostra distinctione. Si actio est vitalis indivisibiliter

formaliter et eminentialiter, qui per ipsam producit effectum debet vitaliter producere; secundo maior. Si sit vitalis; sed non omnino indivisibiliter, quae aequivalet duabus actionibus, alii vitali, et alii non vitali, nego maiorem. Cum autem sit talis actio, per quam homo generat, aequivalens dictis duabus actionibus, vitali scilicet, in quantum est exercitium hominis, quod est principium iunctum, et non vitali, in quantum est exercitium Solis et Dei, quae sunt principia separata; ideo non bene infertur vitaliter esse productivum quicumque per ipsam producit.

Sed si dicatur quod natura Divina identificata Filiationi non est una indivisibilis entitas etiam eminentialiter, sed aequivalenter duplex, quod bene inferunt adversarii ex multiplicatione unius etiam multiplicationem alterius. Quo satisfit confirmationi, et ostenditur non minus probabiliter posse praecipuo argumento, quod proponitur contra mysterium Trinitatis, satisfieri, quam satisfit aliis assertionibus, quae tanquam probabilibus in Philosophia proponuntur.

Sectio 2. Nec minus bene componitur cum alio evidentissimo principio: quodlibet est, vel non est; impossibile est idem simul esse, et non esse.

Secundum argumentum non minus difficile ex illo desumitur principio evidentissimo quod in ore omnium versatur: Quodlibet est vel non est: Impossibile est idem simul esse et non esse. Quod tradit Aristoteles 4 Metaphysicorum cap. 3 prope finem, et ita proponi debet. Impossibile est idem simul esse, et non esse; sed si una numero natura Divina esset communis tribus personis Divinis, ita ut cum ipsis identificaretur, idem simul esset, et non esset, ergo impossibile est eandem numero naturam Divinam esse communem tribus Divinis personis, ita ut cum ipsis identificetur. Probatur minor: de Paternitate dicitur quod non est eadem cum Filiatione, et de natura Divina, quae est Paternitas realiter, dicitur quod sit eadem cum Filiatione. Item de Filiatione dicitur, quod sit producta et de natura, quae est eadem realiter cum Filiatione, quod non sit producta. Dicitur etiam de Filiatione quod opponatur Paternitati, et de natura, quae est eadem cum ipsa, quod ei non

opponatur, ut plura alia contradictoria omittam, quae de praedicatis absolutis quae sunt communia tribus personis, et relativis, quae sunt propria singularum personarum, verificantur; eadem esse et non esse simul, si unanimiter natura divina communis esset tribus personis, stante cum ipsis identificaretur.

Hoc est argumentum quo sanguis obscurissimum nubilum mysterii Trinitatis lucem limpidissimam inferebat, pro quo dirimendo varias solutiones catholici Doctores excogitaverunt, quas salvis illis, in sua quaeque probabilitate relictis ad illam venio, quae mihi videtur probabilior. Venio ergo ad solutionem, sine recursu ad distinctionem mediam Scoticam, aut virtualem quorundam Recentiorum, quae ab illa nominetenus discernitur, concedendo maiorem, et negando minorem. Dicimus probationem recte negando suppositum, quod Paternitas, Filiatio et natura, ut his nominibus importantur, denique apparerent. Quo solum ruit argumentum. Nam quis negabit posse enunciari contradictoria praedicata de Adversus... realitatibus eiusdem entitatis significatis nominibus diversis. Nunne de animali, ut hoc nomine significatur, dicitur, quod sit principium sensationis, et non ratiocinationis. Et de rationali quod sit principium ratiocinationis et non sensationis? Ita certe, quod nullius inconvenientis est, quod de natura divina et relationibus ut his nominibus significantur verificentur praedicata contradictoria.

Sectio 5. Pater Arriaga irruit, sed frustra, praesentem solutionem.

2 P. Arriaga tractatu de Trinitatis mysterio disp. 42 sect. 2 subs. 2 ubi hanc communem solutionem impugnat contra sic argumentatur. Sive formetur propositio hoc modo: Entitas quae est essentia, sive illo modo, essentia et relatio concedendae sunt propositiones, quae extra materiam Trinitatis pro contradictoriis haberentur; quod solutio tradita nullius est momenti. Probat ante quia hae propositiones non possunt negari: Entitas quae est essentia et Paternitas distinguitur realiter a Filio: et eadem entitas est idem cum Filio. Vel in concreto: Pater et Filius sunt idem, quae propositio est de fide iuxta illud Christi Domini: Ego et Pater unum sumus. Et Pater et Filius distinguuntur, quae est etiam propositio de fide. Sed haec

propositiones de praedicatis contradictoriis, quia distingui nil est aliud quam non esse idem. ergo non possunt negari propositiones in Trinitate, quae in qualibet alia materia essent contradictoriae.

Quod urgebat aliis propositionibus: apparteret, inquit, omnium assensu vera est haec propositio. Res quae est essentia est improducta: nam improducta est natura Divina. Et haec est etiam vera: Res, quae est essentia, est producta, nam Filiatio, est producta. Item haec: Res, quae est essentia, est una numero in tribus personis. Et haec: res quae est essentia est Triplex: nam relationes sunt tres: sed hae propositiones, sunt essent contradictoriae; ergo non possunt negari in Trinitate propositiones, quae in qualibet alia materia pro contradictoriis haberentur.

Sed firmitas solutioni traditae per haec minime debilitatur, quibus respondere non est difficile. Nego igitur illud antecedens ad cuius probationem respondeo concedendo eas propositiones, nego tamen esse contradictorias, neque in hac, neque in alia altera materia. Aut si tales sunt, concedat has. Pater Arriaga: entitas quae est essentia et Paternitas distinguitur realiter a Filio: et eadem entitas non distinguitur realiter a Filio. et has: Pater et Filius sunt idem: Pater et Filius non sunt idem, quod non facit, cum eiusdem has esse contradictorias, quas non admittit. Debet negare, illas esse contradictorias, quas concedit, cum re vera sint aequipollentes.

Respondet dictus Pater ubi num. 64 esse quidem aequipollentes illas propositiones. Pater distinguitur a Filio et Pater non est idem cum Filio, et tamen non posse concedi unam negari alteram; illam tamquam de fide esse credendam. Quae responsio adeo difficilis mihi videtur, ut mirer vehementer eam fuisse traditam a tam sapiente et ingenioso viro. Nam quis umquam talia audivit, duas propositiones esse aequipollentes, unam quae alterum falsam, et alteram, qua ratione est aequipollens, veram: unam catholicam et fide sanctam alteram haereticam, et fide damnatam; sed haec propositio est vera et catholica Pater distinguitur a Filio: et haec falsa et haeretica: Filius non est idem cum Patre nam contradicit illi, quam ab ore Christi Domini accepimus. Ego et Pater unum sumus; ergo potest rationabiliter affirmari illas duas propositiones esse sibi aequipollentes

Sensus igitur Scribimus istius propositionis: Pater distinguitur a Filio, si est hic: Pater non est idem cum Filio, quia cum negatio malignans sit natura omnem Patris cum Filio identitatem tollit, facitque hunc sensum Pater nullo modo est idem cum Filio: quod est hereticum; sed iste: Pater non habet omnimodam identitatem cum Filio; qui sensus est verissimus; quo non tollit aliqualem identitatem Patris et Filii res est indubitata. Quomodo autem de unica entitate indivisibili reali possit verificari aliqualis identitas, et aliqualis divisio, res est difficilis, ita ut illud Gregorii Nysseni semper mihi fuerit verissimum. lib. de differentia essentiae et Hypostaseos paulo post medium: Idem et coniunctum, atque separatum, atque discretum distinximus, et quoddam quasi aenigma excogitamus novum, et a communi sensu, et operatione abhorrens tum discrimen coniunctum, tum coniunctionem discretam.

Sed hoc exemplo in realibus quo difficultas mysterii non parum videatur temperari veritatem traditae doctrinae explicare intendam; et casus sit, quo eadem numero materia simul duas recipiat formas, aut e contra: eadem numero forma duas informet materias: qui casus secundum communiorem philosophorum sententiam possibilis est. Tunc sic: homo et equus, qui eadem numero materia communicent, et Petrus et Paulus, quibus est communis eadem anima habent inter se identitatem, et simul distinctionem: identitatem scilicet, in quantum includunt eandem animam, vel eandem materiam, et distinctionem in quantum distinctam animam, aut distinctam materiam habent: ergo non implicat quod idem esse indivisibile realiter habeat simul identitatem, et distinctionem.

Patet consequentia

Quia Petrus et Paulus, homo et equus, ut terminis metaphysicis explicabo, aut terminis physicis collective accepti sunt aliquid realiter indivisibile; et tamen sic continent in se distinctionem, et identitatem, quia in collectione clauditur pars, quae est utrique communis, et quae est singulorum propria: ergo de eadem re indivisibili realiter potest optime praedicari distinctio et identitas, absque ulla contradictione aut verificatione terminorum contradictoriorum. Et quamvis non possimus negare latum esse discrimen inter haec composita et Trinitatem; quia in his, quae tanquam

t

indiuisibilia sub ee methaphisico cognoscimus; distinctas realem partium inuenimus sub ee phisico; ita scilicet q ea, a qua prouenit identitas, et communio, sit distincta realiter ab ea, a qua prouenit discretio, quod certe non reperimus in Trinitate; quia id quod coniunctionis, et quod diuisionis e causa semper realiter est idem, nempeретas, et nã.

Certe hoc non tollit adequationem exempli, quia difficultas tota argumenti positi c.a Trinitatem stat in identitate, et distinctione eiusdem entitatis indiuisibilis. q si re vera constet n posse hoc negari in aliqua entitate realiter indiuisibili; non est cur hoc tanto pere in Trinitate admiremur; sed hoc negari non potest in dictis compositis, quae in consideratione, et sub terminis methaphisicis is quid indiuisibile q adductis exemplis non parum temperat difficultas mysterii. Ex qq iam manifeste constat male intulisse Arrianum non posse negari verificationem praedicatorum ctradictoriorum in Trinitate ex eo q admittendae sint necessario eae propositiones: Pater et Filius is idem. Pater distinguitur a Filio

Sectio 6 Aliarum difficilium propositionum explicatione illustrata doctrina

Nec minus falsum e verificationem ctradictoriorum terminorum admittendam ee in his propositionibus: res, quae est essa e improducta; res quae essa e producta, et istis, res quae est essa e unitas, et res quae e essa est Trinitas: e quippe falsum dicere hanc propositionem, res quae e essa non est producta, quae est contradictoria istius: res quae est essa e producta, ee aequipollentem isti, res quae e essa e improducta: illius enim negatio destruit q post se inuenit, atq adeo locum non relinquit, ut productio possit de dicta entitate et veritate enunciari; q sensus est, res quae e essa nullo modo e producta, quae propositio e falsa.

Quem sensum n habet altera propositio: res quae e essa e improducta: sed istum: res, quae e essa e aliquomodo improducta; qui sensus verissimus est; quia dicta entitas ratione

30

esse est improducta, et compatibilis cum Veritate alterius propositionis: res, quae est essentia est producta, cuius etiam simul est res, quae est essentia est aliquomodo producta. quisensus etiam est Verus: quia ratione Filiationis, et Spirationis passivae dicta entitas est producta, quare falsum est dicere eas propositiones esse sibi aequipollentes et colligi Verificationem propositionum de terminis contradictoriis in Trinitate ex Veritate illarum duarum propositionum

52 Verificationi illarum propositionum quid simile reperimus in creatis. Annon dicitur de entitate hominis cum Veritate, producitur Vitaliter: et producitur emortuo modo? Ita sane, quia dicta entitas, qua ratione est a sole est producta modo emortuo, sive non Vitali, et qua ratione est ab homine, qui est principium coniunctum est producta modo Vitali. Item de eadem entitate hominis dicitur cum Veritate, est improducta a causa secunda; in quantum dependet suum esse ab anima et materia, quae solum creantur a Deo, et producta a causa secunda, in quantum dependet et claudit actionem terminatam ad Unionem, quae Venit ab homine

53 Et tamen negativae propositiones non sunt Verae: homo non producitur Vitaliter, homo non dependet ab homine: quia negatio cum sit malignantis naturae omnem dependentiam ab homine destruit, quam Vim non habent aliae propositiones, quia, ut dictum est, ad sui Verificationem aliqualem negationem dependentiae et non omnimodam postulant; bene igitur stat Verificatio illarum propositionum, res, quae est essentia Divina est improducta, et res, quae est essentia Divina est producta; cum ista tamen admittenda in Trinitate Verificatio propositionum ex se contradictoriarum

54 Aliae propositiones, quas Pater Arriaga ultimo loco ponit: res quae est essentia est Unitas: res quae est essentia est Trinitas, etiam possunt Verificari sine Verificatione propositionum ex se contradictoriarum: quia haec propositio: res quae est essentia est Trinitas, non aequivalet isti, res quae est essentia non est Unitas, sed isti, res, quae est essentia aliquomodo non est Unitas scilicet ratione relationum, et haec, res, quae est essentia est Unitas, non aequivalet isti, res quae est essentia non est Trinitas, sed isti, res, quae est essentia, aliquomodo non est Trinitas scilicet ratione naturae et essentiae: quae propositiones, ut patet, non sunt contradictoriae



Necesse ideo, ut iam supra notabam, quomodo a viro Catholico possit affirmari, et defendi, tanquam de fide una propositio, cuius aequipollens debet negari tanquam plane falsa et haeretica; male ergo infert nos cogi ad concedendas propositiones ex se contradictorias ex eo quod praedictas admittamus.

Quomodo autem possint bene componi, quod duo tam diversa sicut unitas, et numerus eidem competant entitati indivisibili: in eo certe est altitudo et sublimitas mysterii, quod sancti Patres et doctores catholici multis conantur exemplis explicare; sed quae a veritate multum distant, et illam solum adumbrant, nam iuxta D. Thomae l.° distinct. 33 q. unica art. 1 ad 2) Verissimum est, in nulla re creata inveniri aliquid simile divinae simplicitati, ut habens sit, id quod habetur. Omnia, quae possunt induci similia, vel de creaturis, vel de differentiis existentibus in genere plus habent de dissimilitudine, quam de similitudine, et omnino magis abducunt a veritate, quam in rerum intellectum inducunt.

Huius autem admirabilis mysterii unitatis et Trinitatis, aliquale exemplum est vox communis univoca, quae cum sit una ex modo significandi et multiplex ratione differentiarum, idque similiter adumbrat Dei aeternitas, quae cum una sit indivisibili ratione praedictae entitatis, est multiplex per aequivalentiam ad tempus praesens et futurum, quae sunt omnia longe differentia, ut praetermittam alia, in quibus videtur importare aliquod vestigium huius admirabilis mysterii. Bene ergo stat quod de eadem re sine contradictione unitas et Trinitas enuncietur. Quare in solutione argumenti tradita constandum est, et similiter negandum in Trinitate propositiones ex se contradictorias posse verificari, atque adeo per communicabilitatem eiusdem numero naturae tribus divinis personis minime destrui principium illud primum, quodlibet est vel non est; impossibile est idem simul esse, et non esse

Sectio 3. Regione Syllogistica evertitur per dictam naturae communicationem

Tertium argumentum non minus difficile quod Sacrosanctum Trinitatis mysterium ostendit probare evertere autem Syllogisticam, eiusque principia evidentissima 57

quod probat multis in medium productis syllogismis, quorum cum praemissae sint de fide, consequens est haereticum, quod esse non potest stante arte syllogistica, cum ex vero nil nisi verum possit ingerri. Ex syllogismis, quos opponunt, aliquos proponam nempe sequentes: Omnis essentia divina est Pater. Filius est essentia divina, ergo Filius est Pater. Omnis Deus est Pater. Filius est Deus, ergo Filius est Pater. Essentia divina est eadem cum Patre, essentia divina est eadem cum Filio, ergo Filius est idem cum Patre, atque adeo non distinguuntur.

68 Sed his syllogismis nihil concludi ab adversariis, facile potest ostendi, nam vel ly omnis in suo rigore sumitur, ita ut significet multiplicationem realem et sensus sit, haec essentia divina est Pater, et illa essentia divina est Pater, vel non sumitur in sua universalitatis rigore, sed prout aequivalet huic signo, quidquid. Et quidem in prima signi acceptione negandum est suppositum maioris, in quo per signum omnis natura divina multiplex numero denotatur, quod est falsissimum; unde syllogismi non procedunt ultra.

69 Quod si dicant signum omnis in altero sensu accipi nihil concludit de veritate huiusmodi syllogismi. nam eorum maior tamquam falsa neganda est; quia nihil certius quam esse falsum, quod sit Pater quidquid est essentia divina et quidquid est Deus, quod etiam convenit Filio et Spiritui Sancto. Ergo ex adductis syllogismis, et aliis similibus nihil concluditur contra artem syllogisticam, et mysterium.

70 Instant adversarii sequentibus syllogismis. Pater generat. Essentia divina est Pater, ergo essentia divina generat. Filius distinguitur realiter a Spiritu Sancto. Essentia divina est Filius, ergo essentia divina distinguitur realiter a Spiritu Sancto. Essentia divina est communicabilis. Pater est essentia divina, ergo Pater est communicabilis. Deitas est quid absolutum. Pater est Deitas, ergo Pater est quid absolutum. Natura divina non generat. Pater est natura divina, ergo Pater non generat. Trinitas personarum est natura divina; sed natura divina est una singularis entitas, ergo Trinitas personarum est una singularis entitas. Qui syllogismi (aiunt adversarii) et alii similes secundum artem syllogisticam recte sunt dispositi, et in consequentia tamquam falsissimae negandae sunt cum in maiori et minori illarum non possent non concedi; ergo est manifestum

artem Syllogisticam destrui Trinitate

Sed neque isti Syllogismi aliquid adversarii consequuntur; defectus enim propter quos in quacumque materia illorum forma constituta sunt excludendi tanquam defectivi, et claudicantes manifesti sunt. Et quidem Syllogismus primus vitiosus est, quia non servatur in extremitatibus eadem appellatio, nam in maiori reduplicatio fit supra Patrem ea ratione, qua talis est iuxta hunc sensum: Pater ea ratione, qua Pater est, generat; quam reduplicationem non servat minor, ut vera sit, quia Pater, qua ratione Pater non est essentia Divina praecise; quo etiam vitio laborat secundus syllogismus, quia maior reduplicat supra Filium, qua ratione talis est, quia sub tali ratione distinguitur a Spiritu Sancto, quam reduplicationem non servat minor, quia non est verum Filium esse essentiam Divinam praecise, qua ratione Filius est, sed esse naturam et Filiationem.

Sequentes Syllogismi etiam sunt dolosi, similique vitio laborant, omnes scilicet variant suppositionem: nam in maiori trium priorum Syllogismorum supponitur essentia Divina et Deitas, suppositione simplici, et in minori supponitur suppositione personali, et in ultimo Syllogismo supponitur natura Divina in maiori suppositione personali, et in minori suppositione simplici, et ideo negatur consequentia. Addo quod appellationem variant: nam tres priores Syllogismi reduplicant supra essentiam Divinam, qua ratione talis est, et in minori non habent talem reduplicationem, quia est falsum Patrem esse essentiam Divinam praecise qua ratione est Pater. Quo etiam vitio laborat Syllogismus ultimus, quia in maiori non fit reduplicatio supra naturam Divinam, qua ratione est talis, quia sub hac ratione non est trinitas sed unitas; quam reduplicationem habet in minori; male igitur inferunt adversarii adductis Syllogismis destrui artem Syllogisticam, vel Trinitatem.

Postremo loco ponunt adversarii, quosdam Syllogismos, quos vocant expositorios tanquam fallentes in materia Trinitatis, qui sunt sequentes. Haec essentia Divina est Pater, Filius est haec essentia Divina, ergo Filius est Pater. Pater est haec numero essentia Divina, sed haec numero essentia Divina est Filius, ergo Pater est Filius. Sed non minus

rerum e deberet de rebus horum syllogismorum; nam vel illa haecceitas essentiae e specialis, et propria relatio Patris; vel ipsa essentiae, et Divinae naturae singularitas. Si primum dicas, minor utriusque syllogismi tanquam falsa debet negari; nam quid magis falsum, quam quod essentia Divina, ut affecta Paternitate sit omnino Filius. Si secundum: quod sistat haecceitas propria naturae Divinae propria singularitate, syllogismus exit vitiosus, quia medium non e omnino singulare cum significet rem tribus personis realiter distinctis communem, atque adeo multiplicem eminentialiter, quod e contra leges syllogismorum expositoriorum, quorum praecipua lex est, ut medium illorum sit omnino singulare, omnemque excludat communitatem. Constat igitur non destrui artem syllogisticam per mysterium Trinitatis.

Sectio 8. Nec difficile est vindicare mysterium Trinitatis a paralogismis recentium Haereticorum.

4 Nonnulli ex novioribus Haereticis, antiquis sophismatibus nova addiderunt contra mysterium Trinitatis, quibus satisfacere multo facilius est. Primo obiiciunt. Verus et unus Deus est Pater Christi; sed Trinitas personarum non est Pater Christi; ergo Trinitas personarum non est unus et verus Deus. Huius tamen paralogismi fallacia distinctione maioris detegitur: Verus et unus Deus, id est, quidquid est verus et unus Deus e Pater Christi, nego maiorem; id est aliquis, qui est verus et unus Deus est Pater Christi, concedo maiorem. Cum autem non sit Trinitas, quidquid est unus et verus Deus quia hoc etiam convenit personis singulis; ideo non nisi inepte potest inferri Trinitatem personarum non esse unum et verum Deum.

5 Secundo obiiciunt. Verus est Deus, est unus et solus, et non potest esse plures, sed si esset tres personae non esset unus et solus; ergo non est tres personae, probant minorem, quia prima persona esset unus et verus Deus, et similiter secunda et tertia; ergo iam Deus non esset unus et solus, sed plures. Sed hoc secundum sophisma etiam diluendum est distinctione maioris, verus Deus e unus et solus Deus concedo maiorem, e unus et solus in personis nego maiorem et similiter distinguenda est minor sed si esset tres personae, non esset unus et solus Deus, nego minorem; non esset unus et solus

in personis concedo minorem.

Ad minoris probationem verò esse quidem primam personam unum Deum, et similiter secundam et tertiam. Ex hoc autem male inferunt Deum non esse unum sed plures Deos, quia prima persona est unus et verus Deus, qui est secunda et tertia persona, et non Deus alter ab illo propter identitatem essentiae et naturae quae una et eadem est in tribus divinis personis.

3° Obiiciunt: praeter Patrem, Filium et Spiritum Sanctum non potest esse Deus, qui sit tres personae; sed neque Pater potest esse Deus, qui est tres personae, neque Filius, neque Spiritus Sanctus; ergo non datur Deus, qui sit tres personae; atque adeo Deus non est Trinus. Distinctione etiam est dirimendum hoc sophisma. Praeter Patrem, Filium et Spiritum Sanctum non potest esse Deus, qui sit adaequate tres personae concedo maiorem, non potest esse Deus, qui sit inadaequate tres personae nego maiorem. Et similiter distinguenda est minor, sed neque Pater potest esse Deus qui est adaequate tres personae, concedo minorem; qui est tres personae inadaequate, nego minorem; et ideo neganda est consequentia; nam praeter tres personas divisive, quibus convenit esse Deum, qui est tres personae inadaequate, dantur tres personae collective, quae sunt Deus, qui est tres personae adaequate.

Quod si instent adversarii: Verus Deus est, qui est tres personae adaequate: sed Pater non est tres personae adaequate et sic de Filio et Spiritu Sancto; ergo nec Pater nec Filius, nec Spiritus Sanctus est Verus Deus. In promptu est solutio, scilicet distinctione maioris. Verus Deus est tantum, qui est tres personae adaequate enumeratae, nego maiorem: qui est tres personae adaequate enumeratae, vel inadaequate concedo maiorem. Et similiter distinguenda est minor; sed Pater non est tres personae adaequate enumeratae, tenetamen inadaequate, scilicet persona prima, concedo minorem; et ideo nego consequentiam.

4° Obiiciunt: Pater, Filius et Spiritus Sanctus sunt alius, et alius, aut hoc negent, et tollant distinctionem cum damnato Sabellio: sed Pater est Deus et Filius est Deus, et Spiritus Sanctus est Deus; ergo Pater, Filius, et Spiritus Sanctus sunt alius, et alius Deus, atque adeo Deus non est unus, sed plures Dii. Sed in propabulo est defectus

tibus aeqam, qui in variatione appellationis consistit. Nam in maiori ap pellatur supra personas, et hunc sensum: Pater Filius et Spiritus Sanctus sunt alius et alius in personis, vel sunt alia, et alia persona; in consequenti vero appellatio fit supra naturam, et hunc sensum: Pater, Filius et Spiritus Sanctus sunt alius et aliud Deus distinguenda ipsitur maior est, qua omnis amovetur aequivocatio. Pater Filius et Spiritus Sanctus sunt alius et alius in personis, vel sunt alia et alia persona concedo maiorem: sunt alius et alius in natura, vel sunt, alius, et alius Deus nego maiorem, qua distinctione figescunt caetera.

20 Obiiciunt 5: Implicat eandem numero naturam simul esse communicatam et non communicatam, receptam et non receptam; sed si tribus Divinis personis eadem numero natura communis esset simul esset recepta, et communicata, nempe Filio, et Spiritui Sancto, et non recepta, nec communicata, scilicet in Patre; ergo non est eadem numero natura tribus Divinis personis communis. Huic obiectioni respondendum est concedendo maiorem et negando minorem, licet enim sit certum naturam Divinam esse receptam et communicatam in Filio et Spiritu Sancto et non communicatam in Patre, quia non est ab alio absolute tamen non est verum dictam naturam non esse communicabilem, quia cum negatio sit malignantis naturae, ita excludit ab ipsa communicationem et receptionem, quod ei nullo modo relinquat communicari et recipi. Quomodo autem stare possit, quod eadem natura non communicetur in Patre, et in Filio et Spiritu Sancto communicetur iam superius fuit declaratum.

21 Obiiciunt 6. Unus Deus est ens per se; sed Trinitas personarum non est ens per se; ergo Trinitas personarum non est unus Deus. Probant minorem, quia ex pluribus entibus completis, non potest fieri unum ens per se; sed Pater est unum ens completum, et sic de Filio, et Spiritu Sancto; ergo ex iis non potest fieri unum ens per se. Nec minus facilis est haec obiectio, cui respondendum est concedendo maiorem, et negando minorem ad cuius probationem respondeo distinguendo maiorem. Ex pluribus entibus completis omnimoda completione in ordine suae naturae, non potest fieri unum ens per se, concedo maiorem: ex pluribus entibus completis quidem, sed non omnimoda completione suae essentiae non potest fieri unum ens per se nego maiorem. Et similiter distinguo minorem; sed Pater est ens unum ens completum exclusa a Divina natura personalitate Filii et Spiritus Sancti

nego minorem, et unum ens completum non excludi dictis personalitatibus concedo minorem. Ista

q. non dicenda est Deitas ista absolute completum ens, q. ad absolutam suae naturae completionem, quamcumque aliam subsistentiam excludat: imo imperfecta et mutila maneret Divina natura si deficeret subsistentia Filii et Spiritus S., quibus absolute completur. Unde male inferunt adversarii Deum, qui Trinitate constat, non esse unum per se, aut constare ex pluribus entibus completis et imperfectis.

Arguunt

Ut omittam alias obiectiones minoris momenti, ita argumentantur. Implicat q. res una singularis possit esse divisa, cum definiatur unum, q. est indivisum in se et divisum a quolibet alio; sed Deus est unus, et Trinitas est divisa, ergo implicat Deum esse Trinitatem. Addunt non esse ponendum aliquod in Deo, quo sublato perseverat Deus infinite perfectus, sed Trinitas non est ponenda in Deo. Probatur minor q. absque sublata Trinitate intelligitur Deus unus; sed Deus unus est infinite perfectus. Ergo etc. Et probatur, q. qui in superiori saeculi Deum quaerunt contemplati eum, quem perfectissimum agnoscebant tanquam unum et non tanquam trinum contemplabantur; ergo ad infinitam perfectionem Dei nihil confert Trinitas, atque adeo non debet admitti.

Neque haec postrema obiectio est fortior caeteris, cuius maior distinguenda est: Implicat q. res una singularis possit esse divisa ea ratione, qua una et singularis est, concedo maiorem. Sub alia ratione nego maiorem. Atqui Deus non est divisus ea ratione qua est unus, sed diversa ratione; siquidem unus et singularis sub ratione Deitatis, sub qua ratione non est multiplex, q. non sunt plures Dii, sed unus Deus; et est multiplex sub ratione personalitatis quia non est una, sed plures personae. Ad additionem resp. concedendo maiorem et nego minorem. Ad cuius probationem omittenda est maior, et distinguenda minor. Sed Deus unus exclusa positive Trinitate est infinite perfectus nego minorem: exclusa negative, idest non cognita, aut cognita confuse, concedo minorem. Unde patet negandam esse consequentiam.

Quod pro probatione addit nullius est roboris; quia ii non agnoscebant Deum infinite perfectum clare sed confuse et obscure; ad quae

cognitis non est opus quod distincte praedicata omnia cognoscantur, quibus constat perfectio infinita, ut est evidens; sed sufficit quod positive non excludant; et re vera ita efficiebant quicumque de Deo vere disserebant; atque adeo etiam Gentiles, qui de Trinitate notitiam non habebant, si illum re vera summe perfectum contemplabantur, trinum Deum sibi proponebant; quam excellentiam si excluderent positive non Deum summe perfectum, sed chymericum Deum sibi obiicerent, nec summam perfectionem, sed summam repugnantiam sibi proponerent. Unde male inferunt non pertinere Trinitatem ad integritatem et perfectionem Dei

Ex quibus denique constat esse verum, quod docet S. Thomas hic q. 32 artic. 1 ad finem corporis, posse nos apud quoscumque sive Gentiles sive Haereticos defendere non esse impossibile esse implicantia quae fides divina praedicat, scilicet per solutionem suorum argumentorum; atque adeo posse possibilitatem negativam mysterii Trinitatis, quae stat in vindicatione eius, a qualibet manifesta contradictione, non minus probabiliter propugnari; scilicet a nobis instructis fidei lumine, vel lumine aequivalenti instructis divinae gratiae, quam defenduntur plura in philosophia, quae consensu omnium probabilia reputantur. Quomodo autem dicti mysterii possibilitas et existentia possit ostendi positive, hoc est rationibus et argumentis, quae convenientiam et necessitatem eius manifestent, iam dispicia

Cap. 3. Num mysterium Trinitatis possit probari, et ostendi positivis rationibus naturalibus; et qualibus examinatur

Sectio 1. Error Anomaeorum, Lullii, et aliorum

Error fuit Anomaeorum, teste Chrisostomo lib. de incomprehensibili Dei natura, et Cyrillo lib. 11 Thesauri cap. 1 asserere ita se Deum cognoscere, quemadmodum cognoscit seipsum, a quo errore non multum abhorret Raymundus Lullius, qui affirmat Trinitatem personarum in una essentia principiis naturalibus ita posse demonstrari, ut quilibet haereticus vel Gentilis, qui tales demonstrationes calluerit sit necessario compellendus ad concedendum hoc mysterium; hoc est ad ponendum in

Deo plures personas, nempe tres nec plures, nec pauciores, et has tres esse Patrem Filium et Spiritum Sanctum, quae contendit demonstrare in libro, quem vocat Apostrophe, et in libro de demonstratione aequiparantiae, et in libris Sententiarum, ubi disputat, an Theologia sit scientia, et alibi saepenumero.

Raimundo non multum discordant, qui etsi negent cognitionem evidentem quidditativam mysterii Trinitatis habitam ex principiis naturalibus, illam concedunt, quae dicitur quo ad an est, nempe cognitionem similem ei, qua philosophi cognoscunt evidenter esse Deum. Alios Enricus, Zerson Durandus, Caietanus, Alphonsus de Toledo, Vasolis, Nicolaus de Cusa citatos a Petro Vazquez disp. 135 cap. 1 num. 4. Ad eundem scopulum navigarunt Segun dini titulo 43 et sequentibus. Lidovicus Vives 2 de Veritate fidei cap. 2 et Abaillardus 2 introductionis ad suam Theologiam, seu Stultilogiam ut lusit S. Bernardus epist. 190.

Horum quippe doctrinam, si vel lumine naturali, nudo a lumine supernaturali fidei vel alio aequivalenti divinae gratiae auxilio loquantur, non posse sustineri communis est Theologorum cum S. Thoma 1 p. q. 32 art. 1 et ad eius verba ut sapienter advertit Suarez videatur de fide, quia in S. Scriptura hoc mysterium proponitur tanquam omnino abditum, et tale quod sola revelatione divina potuerit cognosci iuxta illud Joannis 1. Deum nemo vidit unquam, Unigenitus, qui est in sinu Patris ipse enarravit. Et Mathaei 11. nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare, et cap. 16. caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est.

Ad quod propositum etiam facit illud Pauli ad Hebraeos 11, quod S. Thomas affert. Scilicet fidem esse argumentum non apparentium; quia maxime hoc locum habet in supremo mysterio fidei, quod est Trinitatis. Et pro hoc misterio probet fieri argumentum a fortiori a mysterio Incarnationis quod Paulus saepe vocat mysterium absconditum, scilicet naturali lumini, cuius solo praesidio non posse ostendi evidenter eius possibilitatem suo loco probatur. Ergo multo minus poterit probari solo praesidio naturalis luminis mysterium Trinitatis.

Hoc clamant SS.

PP. Scribentes de hoc mysterio et praecipue Dionisius cap. 2 et ultimo de Diuinis nomin. et Justinus Mart. in expositione fidei et D. Athanasius in epist. ad Serapionem Episcopum et alii communiter, quorum illa sententia est quam recte ex plurimis authoribus habet de operibus cardinalibus apud Cyprianum sermone de Spiritu Sancto agens de hoc mysterio. Absconditam est, inquit, a sapientibus, et prudentibus tanta rei maiestas, nec potuit humani fastus ingenii secreti intrare coelestibus, et penetrare ad supereessentialis naturae altitudinem, et licet intelligerent quod vere esset creatrix, et gubernatrix rerum Diuinitas; distinguere tamen nullo modo potuerunt, quae esset Deitatis Trinitas, vel quae Vnitas, vel quae personarum proprietas.

Sectio 2 Quid de intellectu creato illustrato fidei lumine, vel alio aequiualenti?

2 Satis constat a puro lumine naturali notitiam Trinitatis euidentem comparari non posse. Vtrum autem ea possit haberi a dicto lumine illustrato fidei lumine dumtaxat alio aequiualenti, non est adeo perspicuum; mihi tamen est indubitatum nec posse talis subsidio notitiam euidentem haberi quoad quid est. Hoc ratione clara potest demonstrari, quia euidens notitia rei quoad quid est est illa quae habetur per propriam dicta rei speciem, nam ostendit rem sicut illa uere est in se; sed Trinitatis nulla propria species aut similitudo potest haberi a naturali lumine etiam illustrato fidei splendore, vel alio auxilio aequiualenti, ergo etc. Probo minorem; quia propria alicuius obiecti species habetur ex penetratione rei in se ipsa, aut ex penetratione causae, quae tanquam exemplar eius formam continet in se, vel ex penetratione effectus in quo tanquam in imagine continetur eius propria similitudo; sed nullo ex his modis potest haberi species Trinitatis praesidio luminis naturalis etiam illustrati splendore fidei, vel alio communi auxilio Diuinae gratiae, ergo etc.

3 Probatur minor: quia in primis non potest haberi species ex penetratione praedicatorum Trinitatis in se ipsis; alioquin videri posset Deus intuitiue lumine naturali, quod est falsum. Deinde non potest haberi species ex penetratione causae, quia nulla est cau-

sa Trinitatis et ratio n[on] potest habere ex penetratione effectum, quamvis illius e[st] inveni effectum Trinitatis, in quo possit eius similitudo, sicuti reverá est videri. &c.

Ut ... argumenti huius vim effugeret novum demonstrandi genus invenit ... sat aequiparantiae in quo ex identitate analogica extremorum cum medio colligit identitatem extremorum inter se. Sed hoc genere demonstrandi non posse ostendi evidenter quid sit Trinitas explorata res est, quia in nulla creatura ita perfecte relucet similitudo Trinitatis, quae ab ea possit intellectus manuduci ad perfectam et quidditativam eius notitiam capessendam, quod tanquam manifeste falsum est reiiciendum posse haberi viatoribus naturalis notitiam evidentem quidditativam Trinitatis. Atque ratione tantum abest quod nos dimoveant affirmationes Lullianae, quae in ea potius firmius nos affigant; illae enim non solum non convincunt, sed neque salutiferam et securam doctrinam constare evidenter ostendit P. Vazquez, quamvis ... de ... in Lullium disp. 133 cap. 1, 2, et 3.

Utrum autem supposito fidei lumine vel alio equivalenti possit evidenti demonstrari Trinitas qua ratione demonstratur a Philosophis esse Deum, nempe notitia evidenti, quoad an est res est difficilior. Et licet cum communiore ... negantium sentiamus talem cognitionem non posse haberi a viatore, sententiam tamen ... defendentem posse haberi non audeomus mala aliqua nota infamare; tum propter authoritatem ..., quibus placuit, tum quia non facile aliqua sententia cadent, vel deiicient.

Si quid enim probant evidentes rationes, quibus contra ipsos pugnatur, hoc unum est, quod ipsi non negant, nempe de Trinitate a viatore quidditativam notitiam evidentem haberi non posse, quae sola ut habeatur perfectam exigit Trinitatis similitudinem, et sola est propria beatorum; ipsi enim illi notitiam evidentem Trinitatis concedunt duntaxat, quae ut haberi possit, neque exigit perfectam similitudinem eius, neque est propria beatorum, et dicitur quoad an est; nam quemadmodum evidens notitia de existentia Dei Unius praecise non reddit beatos habentes illam; ita eos beatos non reddit similis notitia Dei Trini in personis. Quare ergo haec negabitur tanquam contraria statui beatorum? Sed iam ad rationes aliquas

transcendendas, quibus Trinitas revera potest ostendi ab intellectu lumine fidei vel alio aequivalenti illuminato.

Sectio 3. Nonnullae rationes, quibus Trinitas personarum, et Unitas essentiae potest ostendi a lumine naturali fidei splendore illustrato, vel alio aequivalenti.

Posse Trinitatem personarum, et Unitatem essentiae probabiliter ostendi ab intellectu illustrato fidei lumine, vel alio aequivalenti, graves Theologi propugnant inter quos P. Arrubal disp. 145 cap. 3. P. Alarcon tractatu 3 de Trinitate disp. 1 cap. 4. adducens pro eodem P. Molinam. P. P. Suarezium et Vasquium. Imo posse haberi probabilem notitiam de Trinitate ab intellectu creato solo auxilio ordinis naturalis idem P. Alarcon defendit cap. 3 n. 10. pro se afferens P. Granado et ceteros non deceri assertionem a P. [illegible] communiter [illegible] negantibus, quia communi [illegible] naturae Verbo [illegible] sine adiutorio divinae gratiae, et censet hac ratione esse explicandum S. Athanasium in disp. 2 contra Arrium in Concilio Niceno columna 5. Oratione 1 et 3 contra Arrianos et alibi docentem inexcusabiles fuisse philosophos antiquos, qui nullam huius mysterii notitiam habuerunt, cum potuerint illam habere in ordine rerum naturalium, quae ab eo creatae sunt.

88 Sed nos iam rationes proponamus, quibus possibilitas et existentia mysterii ostendi, quae an generent probabilitatem, an illam excedant, aequi rerum aestimatores iudicent. Prima. Deo convenire scientiam practicam seu factivam summam et exemplar et ideam summe perfectam e lumine naturae notum est et habere obiectum ei proportionatum tanquam indubitatum habendum est. Patet cons. quia scientia practica quae caret obiecto sibi proportionato, aut est impossibilis defectu materiae, aut certe imperfecta et infelix, ut quae totam vim suam et appetitum non potest explere. Hoc certe nos non

89 negabimus scilicet multo esse feliciorem illam practicam scientiam, quae materiam habeat in qua totas suas vires possit exercere, et beatius exemplar, quod possit imagine exprimi

meri ex aequo sibi conformem, quam quod totam suam energiam exequi minime posit; Ita habendum est pro indubitato Divinum exemplar habere sui adaequatam imaginem, et similiter Scentiam practicam Divinam habere maam in qua tota posit exerceri. Sed sic est quod imago in qua totum Divinum exemplar exprimatur, et opus in quo tota Scentiae Divinae practicae vis exerceatur non potest esse creaa. Ergo est Deus. Probo minorem, quia imago in qua elucet tota perfectio exemplari Divini summe perfecta et Divina esse debet, et suo exemplari ex aequo conformis, atque adeo talis, qualis est exemplar, a quo si vel pilo latum discederet non esset certo ei omnino conformis et similis; sed a nulla creaa talis esse potest. nam quae creaa excogitabitur, quae totum Divinum exemplar exprimat in se: quaeque a Deo minime excedatur in perfectione; ergo praedicta imago est Deus.

Item opus, in quo vis tota scientiae practicae et potentiae infinite exerceatur non potest esse ulla creaarum, quae cum sint finitae et limitatae perfectionis nec vim infinitam Divinae Omnipotentiae, nec Divinae Scientiae amplissimam potestatem plenarie occupare poterunt: Imo non posse non esse Deum, ex se evidens est, quod in eo opere omnes thesauri Scientiae et sapientiae Dei combinantur. Ita ut in nullo discedat ab ea, quia omnes quos continet perfectionis gradus illud divinum dictamen expressos in se referet. Hoc declarum eius opus, quod non potest negari esse Deum edne potest esse Deus naa et essentia distinctus ab eo exemplari, quia iam superius demonstratum fuit plures Deos, aut numero aut essentia distinctos repugnare, nec potest esse omnino idem cum Deo exemplare quod inter verum et reale perfectissimum exemplar, et veram et realem perfectissimam eius imaginem non potest non esse realis distinctio; ergo Deus unus naa et essentia, et solis personalitatibus et relationibus imaginis et exemplari distinctus.

Item inter oppositum verum et reale, et veram et realem facultatem et vim practicam non potest non esse realis distinctio, sed non potest poni inter illa realis distinctio ratione naturae et essentiae propter dicta ergo ponenda est realis distinctio ratione particularum relationum producentis et producti dictantis, et dictati. ergo Deus qui est exemplar infinite perfectum. et qui est practica scientia infinitae virtutis et activitatis, et Deus, qui similiter est imago infinite perfecta et in nullo aberrans a suo exemplari, et Deus qui est opus infinitae perfectionis 94

totam Vim Divinae Scientiae et potestatis in se continens [exhauriens]. Unus est, natura quidem et esse, et relationibus exemplaris et imaginis realiter inter se distinctus, non potest negari. Sed hic Deus exemplar et dictamen infinitum est Pater, et hic Deus imago summe perfecta est Filius. Ergo in primis Deum esse duas personas, nempe Patrem et Filium ratione satis firma potest ostendi.

92 Secunda ratio pro eodem: Scientia, quae Verbo exprimi et pronunciari non potest muta est et infelix, et quae pro nulla solet reputari et haberi. Et hoc certe non negabitur esse perfectiorem illam Scientiam, quae Verbo exprimi potest, quam quae Verbo careat, quo possit perfecte explicari. Ergo Divinae Scientiae debet Verbum concedi. Tunc sic. Vel Verbum Divinae Scientiae expressivum continet omnem Scientiam Dei ita ut nihil non exprimat per ipsum, quod illa comprehendat: Vel non? Si hoc dicat, adhuc manet [illegible] Scientia Dei, nam Verbo caret, quo tota, quanta est possit declarari, quae est sine dubio infelicitas et defectus Scientiae. Nam quanto perfectior illa, et locupletior esset, quae Verbum haberet, quo tota possit quasi latebris mentis in publicum prodire.

93 Dicendum ergo est Verbum Dei tale esse, quod omnem Dei Scientiam complectatur et exprimat. Atqui Verbum expressivum infinitae Scientiae non potest non esse perfectionis tantae, quantae perfectionis est Scientia; siquidem eam comprehendit et exhaurit. Ergo dicendum est Verbum Dei tantae esse perfectionis, quantae Deus ipse; sed non est creatura. Sed Deus, qui aequat perfectionem Dei, quique propterea est tam bonus, quam ipse. Ergo Verbum Dei non est creatura, sed Deus; sed Deus Verbum non est Deus natura distinctus a Deo loquente: propter dicta; ergo erit Deus natura quidem et esse unus et solis relationibus dicentis et Verbi distinctus. Deum igitur esse duas personas realiter distinctas, scilicet Deum loquentem, qui est Pater, et Verbum eius, qui est Filius, non potest negari

Articulus 4. Tertia ratio pro tertia persona

94 Probo hoc ipsum de tertia persona ratione non minus efficaci. Deum habere amorem infinitum lumine naturae notum est; sed non est amor infinitus, qui non vult infinitum communicare, ergo Deum habere amorem, qui velit infinitum communicare lumine naturae nobis

est seq. bene infecta, et maiore indubitata. Probo ipsa minor; quia cum amor datiuus et communicatiuus; nam est affectus, quo volumus alicui bonum, ille amor qui non vult infinitum largiri non est amor infinitus, sed finitus et limitatus; infinitudine quippe, vel finitudine amoris ex bono donato metimur, ita ut maior dicatur, qui maius bonum vellet donare, et minor, qui minus. et ideo, qui nullis terminis contentus sine termino se vult communicare iure dicimus infinitum; ergo non est amor infinitus, qui non vult se infinitum communicare. Sed lumine naturae noscitur Deum habere amorem infinitum; ergo et habere affectum, quo non finite sed infinite velit se communicare.

Itemque sic. Amor qui vult infinitum communicare amato suo, et revera non potest communicare est amor inefficax et impotens; ut cui desit suae inclinationis terminus, quod est donum infinitum, quod possit amato suo largiri; aut certe hoc mihi non negabunt adversarii, multo beatiorem feliciorem esse amorem, qui possit quod velit amato largiri, quam qui non possit, quod velit. ergo est dicendum habere Deum aliquod donum infinitum, quod affectu suo infinito possit amato communicare. Sed hoc donum infinitum non potest esse creatum, quia nulla creatura est infinite bona; ergo hoc donum infinitum est Deus ipse. Sed non est Deus natura et essentia distinctus, quia hoc esse repugnatem rationi est evidenter absurdum; ergo natura et essentia unus est cum donante, et sola relatione donantis et doni vel donati revera distinctus ab eo. 90

Item, amatus ille, quem Deus amat infinite, et cui infinitum donat non potest esse creatum; quia nullam creaturam Deus amat infinite, nec donat infinito, quia nulla est tanti boni capax; ergo qui amat, et qui amatur est Deus. Sed non est Deus natura et essentia distinctus, ut dictum est; ergo est natura unus, neque est omnino indistinctus qui amat, et qui amatur; ne pereat Deo perfectissimus amor amicitiae, qui est ad alterum; et solo concupiscentiae, qui est ad seipsum illum intueamur, quod non est dicendum; ergo Deus amans, et Deus amatus est unus unitate naturae et essentiae et distinctus relationibus amantis et amati. 91

Praeterea hoc donum, quod amans largitur amato non potest esse ipse amans, sed aliquid distinctum, quod sit opus proprium

amantibus ipsius, quia amor, qui non est revera operativus est amor imperfectus et mancus; et ille sine dubio potentior et fortior erit; atque adeo perfectior, a quo possit donum quod vult procedere, et originari, quam qui est omnino sterilis et infecundus. Dicendum quod est dari Deum amantem qui est Pater, et Deum amatum, qui est Filius, et contra, quia amor ut omnimodam perfectionem assequatur debet esse mutuus. Et dari etiam Deum, qui sit donum, quod Pater amans donat Filio, et quod Filius amans donat Patri. Constat igitur satis congruenti et valida ratione Deum esse tres personas, scilicet, quae amat infinite, et quae infinite amat, ut Pater et Filius et quae tanquam opus ipsius amoris infiniti a Patre donatur Filio, et a Filio donatur Patri qui est Spiritus Sanctus.

98 Quem autem assensum generent de hac veritate hae rationes, ii qui eas mature perpendant, iudicabunt; mihi autem hoc unum dicere non erit temere; per ipsas possibilitatem mysterii, et consequenter existentiam (nam omnem possibilem perfectionem Deo convenire clarum est) non minus probabiliter, et rationabiliter ostendi, quam multa alia, quae tanquam indubitate probabilia a philosophis omnium consensu indicantur. Et si quaerat aliquis: an a priscis philosophis, quos habuisse aliquam de Sanctissima Trinitate notitiam, non potest dubitari, ut ex multis locis constat relatis a Sapientissimo nostro Theophilo Raynaudo in sua naturali Theologia distinctione 4 quaestione 2 a. sic n.° 19 tam probabilibus rationibus hoc mysterium probatum fuerit et persuasum, quam e nobis declaratum?

99 Respondendum est negative, quia licet hi non solo lumine naturali fulti divina tractaverint, sed lumine supernaturali; revelatione scilicet accepta, ex conversatione Hebraeorum, aut lectione Sacrorum librorum, in quibus nostra mysteria, et nominatim mysterium Trinitatis multipliciter adumbratum fuit: et etiam ex lectione librorum Sibillarum; nam Sibillis innotuisse quoquomodo hoc mysterium illarum scripta docent. Nihilominus tamen in ipsis adeo confusa et imperfecta fuit dicta Trinitatis notitia, quod monuerit recte Theodoretus lib. 2 de Graecis commiscuisse illos limum aquae pellucidae, quam ex Sacra Scriptura vel traditione hauserant. Et libro 1.° ait eiusmodi philosophos cum de Deo philosophantur, videri aves psittacos humanam vocem imitantes, quod verum est perfectum

cum de summa Trinitate agunt. Et sic intellexerint S. Thomam hic q.e 32 artic. 1 et super Boetium de Trinit.e q. 1 artic. 4 in corp.e et ad Octavum cum negat philosophos habuisse notitiam personarum Trinitatis, sive ex effectibus sive aliunde, nempe notitiam, et falsitati n. admixtam

Q. rogetallei, quomodo cum S. Thoma conveniamus rationibus naturalibus nitentes probare Trinitatem nam ibi in corp.e articuli haec habet. Qui autem probare nititur Trinit. personarum naturali, fidei dupliciter derogat. Primo quidem quantum ad dignitatem ipsius fidei, quae est de rebus invisibilibus, quae rationem humanam excedunt. etc. 2.o quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem. cum enim aliquis ad probandam fi[dem] demonstrat rationes, quae non sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium. Credunt enim q. huiusmodi rationibus innitamur, et propter eas credamus. 101

Respondendum est S. D. solum reprehendere presumptuosam quandam, et vanam mysterii Trinitatis investigationem, et quae ... fidei velit ancillari, nec suscipiat eo animo, ut ostendat esse vanas et sophisticas obiectiones haereticorum. Istam vero humilem atque prudentem, nec reprehendit ... nec potest, cum nos moneat Princeps Apostolorum Petrus prima ep. cap. 3. paratos semper esse debere ad satisfactionem de ea, quae in nobis est spe, sive fide sicut plures legerunt ex antiquis P.P. ut Oecumenius. Beda, et S. Thomas ipse in commentario Gratiani distinctione 36 cap. qui Ecclesiae. § hinc et Petrus. Quinetiam Gallus in expositione Symboli Niceni ad finem prologi ante Symbolum. Habetur tomo 5. Conciliorum, et alii SS. PP. 102

Quid? Q. hoc Petri consilio, q. bene notante nostro Ruyz de Montoya hic disp. 5. s. 2a et respectu magistrorum habet etiam vim praecepti. Divus Chrysostomus homilia 16. in Ioannem postremis duabus columnis. permadet fidelibus, q. addiscant rationes mysteriorum fidei. Quam exortationem pipue dirigit ad Episcopos lib. 4 de Sacerdotio columna penultima, ... tens eodem testimonio D. Petri. Inde Fulgentius ad Trasimundum lib. 1 cap. 1 fine probat imminere sibi obligationem respondendi de fide 103

Ratio huius doctrinae

tradidit citatus L. Mantua, quia sic rationes quaesitae non se habent antecedenter, sed consequenter ad fidem, et ad promptitudinem credendi, quae movet fidelem intellectum ad earum investigationem, et propterea non minuunt meritum fidei, sed augent, ut ex eodem testimonio Petri deducit idem S. Thomas. 2.2ae q. 2 arti. 10. Porro de hac S. Iustinus Martyr in expositione fidei de Trinitate prope medium cum ostendisset nullo modo nos posse penetrare ad Divinam essentiam, neque ad eius mysteria satis opportune subdit. Non debemus tamen in totum ab eaque (?) sendo desistere, sed pro sua quisque portione acceptae a Domino scientiae strenue examinet; certus non quidem exacte se reperturum, profecturum tamen huiusmodi exemplaris, accedendo ad illum propius. Haec S. Iustinus, quod unum adipisci nos hucusque conati sumus. Sed iam de his, quae quasi proeambula sunt ad particularem tractationem de hoc Sacrosancto mysterio perveniamus.

Disputatio 2a de processionibus Divinarum personarum in communi

104 S. Thomas hac q. 27 solis quinque articulis omnem de Divinis processionibus materiam complexus fuit. Quam ut nos expediamus ea claritate, et perspicuitate, qua opus est tres disputationes instituimus; in quarum prima, de iis in genere (?), in secunda, de processione per intellectum, quae est Filii, et in postrema de processione per voluntatem, quae est Spiritus Sancti tractaturi eximus (?).

Cap. 1. Quid sit processio, seu origo, et qua certitudine constet esse in Divinis?

105 Processio seu origo est exercitium, quo unum ab alio suum esse accipit. Cum autem ex his, quae esse habent ab aliis, alia sint viventia, alia non viventia, duplex est processio seu origo: scilicet processio non vitalis, quae etiam transiens dici solet, quia est exercitium principii separati et distincti a termino, qualis est productio (?) ignis (?) ... igne, et processio vitalis, quae etiam immanens dici solet, quia est exercitium principii ...

venti. Terminus qui inquam, intra se manet terminus productio, qualis est productio verbi mentalis.

In hac 2.a acceptione processionis seu originis, in quirimus in praesentiarum, si detur in Divinis, et qua hoc certitudine constet. Et quidem negarunt processionem in Divinis haeretici, qui Trinis Dei unicam tantummodo personam esse dicunt. Et [illegible] qui Filio et Spiritui Sancto Divinitatem negarunt dicentes solum Patrem esse verum Deum. Et qui defendebant Patrem Filium et Spiritum Sanctum esse unicam personam duntaxat, quia Patrem Filium et Spiritum Sanctum solis nominibus distinguebant. Et qui magis immediate et directe processionem impugnantes dicebant Christum Dominum esse Deum a se ipso et una Patre. Quos omnes refert noster Montoya [illegible] disp. 1 s. 2.

Sed tamen constat in Deo esse processiones ex apertis sanctae Sacrae Scripturae testimoniis. Joannes 8 ait Christus Dominus: Ego ex Deo processi. Et cap. 7: Ego scio eum, quia ab eo sum. Et cap. 5: sic dedit et Filio vitam habere in semetipso. Et cap. 6: Ego vivo propter Patrem. Et Matthaei 11: Omnia mihi tradita sunt a Patre meo, et non minus clara testimonia de processione Spiritus Sancti. Quae non posse detorqueri in alium sensum ex multis Conciliis constat, in quibus haec veritas sunt definita. Ad Nicenum et Constantinopolitanum [illegible] primum, et Symbolum Nicenum [illegible] a sequentibus Conciliis [illegible] Patris, in quo dicitur Filius Deus de Deo, lumen de lumine. Quam sequentiam [illegible] Thaumaturgus tradidit in revelatione facta quam divinitus [illegible] ait Gregorius Nyssenus in eius vita. Et eodem modo loquuntur communiter Patres. Ideo non est dubitandum dari in Deo processiones.

Sed contra obiiciunt 1.o Haeretici: Divina essentia nec generat, nec genita est, ut definitur in cap. Damnamus de Summa Trinitate; Ad si in Divinis esset processio, [illegible] iam posset affirmari de essentia Divina, quod generaret, et quod genita esset, quod est [illegible]. Concedendo maiorem, et negatur minor; verificatur quidem de identitate essentiae, quae est Pater, quod generet, et identitate essentiae quae est Filius, quod sit genita, quod nullum est inconveniens: nec contrarium dicit in dicto capite: in quo agitur contra Abbatem Joachimum, qui ut statueret rea[lem] distin[ctionem]

tionem vi adium ex rationatum, sed etiam essentiatum Patris et Filii et Spiritus Sancti esse generari, et generari asserebat.

109 Obiiciunt 2.º Si Filius a Patre procederet sequeretur Patrem esse essentiatorem, et Filium essentiatum, qui fuit error Valentini Gentilis et Transiluanorum, qui propterea tres personas inaequales esse dicebant. Respondeo distinguo sequelam: sequeretur Patrem esse essentiatorem, sive productorem essentiae, et Filium essentiatum sive productum ratione essentiae, qui est sensus in quo ab haereticis tales nuncupantur, nego sequelam. Sequeretur Patrem esse essentiatorem, sive communicatorem suimet essentiae, et Filium essentiatum, sive participem essentiae a Patre communicatae, concedo sequelam.

110 Nam ipse sensus est catholicus et a SS. Patribus usurpatus; nam Dionysius de divinis nominibus cap. 2 dixit Vnitheo, quod est essentiari, et vetusius interpres S. Dionisii Pachimedes dixit Spiritum Filii simul essentiatum. Nec non Eusebius Caesariensis lib. 1 Historiae Ecclesiast. cap. 4 Filium appellauit essentiatum, ut obseruat Genebrardus lib. 1 de Trinitate post medium. Cum tamen hae voces ab haereticis in sensu reprobo sensu communiter accipiantur, ne cum iis verbis quidem consentire videamur, omnino sunt evitandae, aut non sine distinctione, qua de mente nostra constet sunt permittendae.

111 Obiiciunt 3.º Epiphanius haeresi 69 Filium vocat autotheon, quod haeretici Autotheani interpretantur, quasi habentem esse a se ipso. Sed solum velle S. Epiphanium significare Filium, non per accidens, aut improprie, sed proprie et per se essentiam divinam habere plures interpretantur; vox autem, sive in compositione, sive extra, aliud ibi nihil notat, quam proprie et per se, hoc adnotante Genebrardo lib. 1 de Trinitate non longe post medium, ad argumentum Dei secundum.

112 Obiiciunt 4.º Quia Filius Dei sumit pariter dicitur Jehova; hoc autem nomen significat ipsum esse sive fontem essendi; ergo Filius habet esse a semet ipso. Respondeo concedendo Filium dici nominari quam Patrem fontem essendi. Nam de se dixit Joannis 8. Ego sum, et 13 Nisi credideritis, quia ego sum, et 8. Tunc

ciorum, qui et loquor vobis. Hoc autem ideo est, quia ab ipso nonminus quam a Patre penderent omnes creaturae, et quia eius essentia est creatura entiae, hoc est independens a quocumque tanquam a causa sui.

Dicunt 2°. si Filius non haberet esse a se ipso esset Deus creatio, hoc est non natura, sed gratia et libera voluntate, sicut creaturae, quae, quia habent esse a Deo, non sunt per essentiam, sed per accidens. Resp. de neo maiori, quia licet Filius acceperit esse a Patre, non eam contingenter et libere sive gratiose accepit, sed ex debito a Patre obtinendo eadem necessitate qua est Pater, quod non convenit creaturis, quae existere non est necessse sed contingens. Alia argumenta contra eandem veritatis assertionem solent opponi, quae facile erit ex dictis dissolvere.

Cap. 2. Num possit ratione naturali ostendi esse in Divinis aliquam processionem?

Sectio 1. Supposita fide Trinitatis est evidens processionem dari in Divinis.

Ita omnes fere Theologi. Videatur Molina disp. 1 et 3. Et probatur 1°. quia si non daretur processio in Divinis, essent tres innascibiles, non unus Deus, sed tres Dij, et tres Divinae naturae ponerentur; sed nobis constat divinae naturae non esse tres Deos ut constat ex cap. 1 superioris disp.; ergo etc. Probo sequelam, quam non posse negari contendit S. Thomas q. 33 art. 4 ad 4, quia ponere tres innascibiles est ponere tria prima principia; sed tria prima principia sunt tres Dij; ergo etc. 144

Quod si dicant adversarij non esse tria prima principia, sed unum, quia tres innascibiles constant eadem numero natura. Contra est, quia non potest intelligi, quomodo sint tres realiter distincti qui nec natura, nec proprietate innascibilitatis distinguuntur; ergo vel dicendum est non esse tres innascibiles, aut certe naturam differre et esse tres Deos. Addo 2°. rationem quia tres innascibiles, sive in eadem, sive diversa natura consistent, sunt superflui et inutiles; ergo non debent poni. Probo sequelam. Et quidem eos, qui diversa natura 145

constaret, superfluos esse iam fuit ostensum supra. Probo igitur hoc ipsum de iis, qui constarent eadem natura; quia primus innascibilis omnia id posset, quod secundus et tertius, nullique officio poterit applicari, cui non sit accommodatus aeque bene socius eius, ergo secundus et tertius sunt superflui. Probo antecedens, quia in primis ad extra, quod unus posset, posset et alter; siquidem constarent singuli eadem divina natura. Et ad extra nihil agerent, tum quia hoc supponitur, tum etiam, quia independentes sunt, et nulla inter se correlatione ligati; ergo quidquid unus posset posset et alter; sed hoc est ex tribus duos esse superfluos. Ergo

116 Probo idem intentum 2.a ratione nonnihil firma, qua etiam S. Thomas usus fuit, ubi supra; quia non haberent Dei innascibiles, unde distinguerentur, nisi ratione diversarum naturarum. Sed nihil est aliud ponere tres innascibiles, quam ponere tres Deos. Probo antecedens; quia non distinguerentur propter oppositionem relativam, quia nulla talis potest inveniri, non in primis, quae fundatur in actione et passione; quia ut supponitur negantur processiones in divinis. Non item quae fundatur in unitate et numero quia haec supponit realem distinctionem, ex qua supposita resultat ex similitudine et convenientia, vel dissimilitudine fundamenti et termini. Nec tandem quae fundatur in mensura et mensurabili, quia neuter esset per alterum mensurabilis: Nec posset explicari, in quo talis mensurabilitas consistenda esset et quomodo stare posset sine actione et dependentia termini mensurati ad mensurantem.

117 Addo quod relationes, quae fundantur in mensura et mensurabili non sunt mutuae, ut statuunt communiter Methaphisici, sed potius non mutuae: quia referuntur ad mensuram mensurabile, et non econtra. Quare ad distinguendum mensuram a mensurabili non potest fieri recursus ad aliquam relationem, per quam ei opponatur, sed ad distinctam naturam; ergo ponere tres innascibiles est ponere tres Deos.

118 Probo idem intentum 3.o quia negatis processionibus nulla ratio apparet quare Deus sit tres personae, et non plures, eadem quippe facilitate quatuor poterunt, possent poni 30 — aut qui hoc negaverint reddant aliquam rationem, quae mihi

certe nulla apparet. Et Dei innascibilitas supposita veritate Trinitatis personarum poni non possunt; sed concedi processiones. Quibus admissis non est difficile rationem reddere, ut Deus sit Trinitas personarum, et non quaternitas.

3ª ratio pro eodem, quia cum foecunditas non includat aliquam imperfectionem; sed potius afferat perfectionem et excellentiam, irrationabiliter Deo, qui est fons omnium perfectionum, eadem negaretur si semel oportet naturam divinam esse communicabilem; sed fide constat de Trinitate personarum; atqui adeo ac communicatione divinae naturae tribus personis; ergo etc. Addo quod negatis processionibus non erit Pater prima persona, nec 2ª Filius. Nam quomodo Pater erit, qui non communicat vera generatione naturam suam Filio? et quomodo Filius, qui illam a Patre non accipit; sed supponitur potius innascibilis. Item non apparet, quomodo Pater sit in Filio et Filius in Patre per admirabilem circuminsessionem; si actio vitalis, qua unus ab alio accipit esse, et in eo manet, non admittatur.

Eadem convincuntur in Spiritu Sancto respectu Patris et Filii. Nam quomodo erit Spiritus Patris et Filii, qui non accipit esse a Patre et Filio; et quomodo erit donum illorum, quod non procedit ab illis? Dicendum ergo est non posse negari processiones in divinis supposita fide de Trinitate personarum, quod quidem prosequitur Montoya d. 3 supra citata sect. 4 et 5.

Sectio 2. Utrum absque praedicta suppositione possit ratione naturali ostendi processionem esse in divinis?

Haec difficultas, quae extradditur in superiori disputatione oportet breviter absolvere. Et primo quidem constat in divinis non posse esse processiones, si eum multiplicetur divina natura, quia est immultiplicabilis in plures numero aut specie differentes, ut demonstratum fuit cap. 4.. 2° etiam constat non posse ostendi solo praesidio naturalis luminis, nudi ab omni auxilio divinae gratiae, esse processionem in divinis, quae eadem numero natura tribus divinis personis communicetur, quod tanquam certum fuit suppositum ibi cap. 2 et probatum in cap. 3. Quare difficultas praesens

122 de lumine naturali loquitur illustrato aliquo supernaturali lumine divinae gratiae

Sub hac consideratione posse probabiliter probari Trinitatem personarum in unica natura, contra ex rationibus ponderatis infra cap. 3, quibus non solum numerum personarum, sed processionem secundae personae a prima, et processionem 3.ae a 1.a et 2.a probabamus; an non debet procedere ab exemplari, quod intendit se perfectissime exprimere perfectissima sua imago et expressio? et a scientia practica se totam exercere volenti, nonne procedere debet suum opus et exercitium perfectum, et ex omni parte aequale? sicut a loquente procedit verbum et dictum, per quod totum suum conceptum exprimat et exponat?

123 Hoc certe negari non potest; sed Deus est exemplar perfectissimum contendens se in imagine totum exprimere: est practica scientia infinita omnem suam vim in opere suo exercens: est sapiens, qui immensos sapientiae et scientiae suae thesauros verbo et dicto suo exponit et publicat; ergo non potest negari in Deo esse processionem et originem per quam imago procedat ab exemplari, per quam opus procedat, ratione et activitate practica, et per quam verbum procedat a loquente, atque adeo negari non potest processio et origo Filii a Patre.

124 Item donum a donante potentissimo et perfectissimo, nonne procedere debet et originari? Certe, qui accipit ab alio ut donari possit, pauper est, et impotens. Et sine dubio multo excellentior ille foret et beatior, qui non emendicaret ab alio, quae esset largiturus, sed a quo tanquam ex fonte dona procederent, quae largiretur; sed Spiritus Sanctus est donum perfectissimum, quod Pater donat Filio, et Filius Patri; ergo Spiritus Sanctus a Patre Filioque procedit. Addo dicti, quod Deo debet concedi perfectio quaelibet simpliciter simplex, sed virtus productiva qua exemplar possit producere sibi simile; qua scientia practica possit se totam exercere; qua summa sapientia possit se totam verbo exponere: et qua amans possit de suo largiri amico, et non de alieno, est perfectio simpliciter simplex, melior ipsa, quam carentia ipsius: Nam quis negabit esse melius exemplari posse sui similem imaginem exprimi, quam non posse. Ergo est danda.

125 Quod si Deo concedenda vis productiva, atque adeo pro-

cessio et origo ad intra; cum haec sit excogitabilis in duplici forma, vel quae incipit ab imperfecto naturae, et per suos gradus ascendit ad perfectum eius, ut videre est in generatione naturali viventium, quae a semine, quod est imperfectissimum naturae paulatim ascendunt ad perfectum statum; vel quae nullum imperfectum gradum ponit, sed incipit a summo et perfectissimo. Evidens est nec unum productivae vel processionis et originem illam tardam, et quae per gradus infimos et medios ad summum pervenit ponendam esse in Divinis, ubi nihil deficiens et imperfectum.

Quare non est dubitandum ponendam esse illam processionem et originem, quae cum sit perfectissima, a summo gradu incipit; sed haec est processio per quam communicatur esse termino summe perfectum in ordine suae naturae, ergo non est dubitandum de his esse processiones, quae dantur in Divinis. Sed hoc esse summe perfectum in ordine Divinitatis, non est per communicationem naturae numero distinctae, vel speciei, ut fuit evidenter demonstratum illo cap. 1 saepe citato; ergo erit per communicationem eiusdem numero Divinae naturae personae distinctae realiter. Patet, quia vera et realis processio non potest stare cum omnimoda identitate inter principium et terminum; ergo si sit certum in Divinis veras esse et reales processiones; et evidens has non posse terminari ad distinctam numero naturam propter eius singularitatem, manifeste colligitur debere terminari ad personas, quae cum sint in natura unum eidem ratione personalitatum et relationum distinguantur.

Alia in comprobationem huius sectioni facile possem adiicere, quae ideo ex professo non persequor, quia ex ponderatis rationibus iam constat lumine naturali non quidem suis viribus duntaxat relicto, sed corroborato lumine gratiae posse valde probabiliter ostendi esse in Divinis processiones, et hanc non esse ad distinctam naturam, sed ad distinctam personam.

Cap. 3. De numero Divinarum processionum

Sectio 1. Constat de fide esse duas processiones duntaxat.

28 Constat hoc 1° ex testimoniis S. Scripturae, in quibus dicitur Filium, seu Verbum procedere, seu prodire a Patre. Joannes 1° Unigenitus, qui est in sinu Patris. Et cap. 8 Ego ex Deo processi. 2° ex testimoniis, in quibus asseritur processio Spiritus S.ti psalmo 32 Verbo Domini coeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quem textum Alexander urget ex veterum PP. authoritate. Genebrardus ibi, ut probet Trinitatem et processionem Spiritus Sancti, et Bellarminus, Sine dubio, inquit, Spiritus Sanctus intimare voluit per haec verba Mysterium Sanctissimae Trinitatis. Lege etiam S. Augustinum tomo 8. concione 2 in dictum psalmum. Hoc etiam constat ex Joanne 15. Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, et cap. 16. Non loquetur a semetipso, sed quaecumque audiat, loquetur, et ex illo, ille me clarificabit, quia de meo accipiet.

29 Assertio eadem veritas constat ex Conciliis et PP., quorum testimonia in speciali adducere non est opus, quia nihil receptius, nihil sanctius. Et ideo de veritate huius assertionis dubitari non potest sine errore manifesto, qua praesupposita, de duobus potest institui quaestio: Primum est: num possit ostendi ratione naturali, praesupposita fide duarum personarum productarum, et unius personae improductae, processiones non esse pauciores, quam duas. Secundum est, num etiam ostendi possit non esse plures, quam duas.

Sectio 2 Ratione naturali potest ostendi processiones non esse pauciores quam duas.

30 Ratio est manifesta, quia fide divina constat non esse unam duntaxat, sed duas personas procedentes, scilicet Filium et Spiritum S. ergo hac fide praesupposita non potest negari duas similiter esse processiones, et non unam duntaxat. Patet consequentia; quia processiones debent multiplicari secundum multitudinem terminorum procedentium. Sed contradices: Non repugnat unica indivisibili actione duos terminos produci, sicut non repugnat unica indivisibili cognitione attingi duo obiecta formaliter di-

geratur dualitas processionum ex dualitate procedentium personarum.

Huic objectioni Sapienter occurrit P. Arriaga hic disp. 44 s. 4 sub. 2; quia etiam si absolute non implicaret per unicam actionem duos terminos produci posse, quod communiter solet negari, hoc certe in praesentia sul locum non habere, quia tunc praecise unica actio duos posset habere terminos, quando illi duo aeque immediate procederent, et ab eidem principiis, quod non contingit in praesenti, nam processio et origo Secundae personae est a solo Patre, Spiritus Sanctus v° a Patre Filioque procedit.

Quod ° si Spiritus S. procederet per eandem processionem, qua Filius, iam Filius esset principium suae processionis, quemadmodum est principium processionis Spiritus Sancti, qui procedit ab ipso; sed hoc manifeste falsum est, sicut est manifeste falsum Filium esse principium sui ipsius, et a se ipso procedere. Urget hoc P. Arriaga satis congruenter, et concludenter, quia si ex parte concedendas unica actio pro duobus terminis, tunc certe hoc esse poterit, quando ea fuerit distincta realiter ab ipsis, nam si termini non procedant per actiones realiter distinctas ab ipsis, necessarium erit, ut sicut termini sunt duo, etiam processiones duae sint.

Sed ut constabit divinae processiones cum terminis identificantur, q. sicut termini sunt distincti sine controversia, distinctae etiam erunt processiones. Et si obiiciant posse in divinis unam rem duabus distinctis identificari; sicut natura divina, quae cum una numero sit identificatur tribus distinctis realiter relationibus; atque adeo non bene colligi ex distinctione terminorum, et identitate processionis cum ipsis hanc simpliciter debere esse duplicem. Contra est, quia licet absolute sit verum in divinis unam rem identificari posse duabus distinctis realiter, hoc non potest habere locum in processionibus. Quia termini earum quatenus procedunt, et ut sunt inter se distincti intelliguntur. Operatur ut deplicantes, a suis principiis, a quibus procedentes, atque adeo sub ea ratione terminantes suas processiones, quae quidem non

distinguunt a Deo, sed cum ipsi potius evidentificant quod sit intersecuri tenebrae.

34 Explicat. quia esset absolute non multiplicaret quam unicam processionem duobus terminis productis: hoc certe numquam posset locum habere, quando modi procedendi essent longe differentes; sed modus procedendi secundae personae, quae procedit tamquam imago, et Verbum mentis Divinae, et modus procedendi tertiae personae, quae procedit tamquam donum divini amoris longe sunt distantes ut per se patet. Et major ... procedendi pro singulis processionibus quod differunt hae processiones.

35 Raymundus Lullus apud P. Suarez hic lib. 1 cap. contrarium videtur sentire, et 3a ratione arguit. Prima processio ad intra est infinita quod est adaequata virtuti Dei, quae etiam infinita est, sed processio adaequans virtutem causae non relinquit locum processioni secundae. quod unica est processio in Divinis. Et confirmat 1°, quia vel in prima processione se communicat Deus quantum est communicabilis, vel non. Si hoc dicatur sequitur talem processionem esse infinitam. Si autem primum dicatur sequitur secundam processionem esse supernacaneam, et nullius effectus. quod nec 2da est. Explicat 2°, quia vel prima processio continet omnem imaginabilem affectionem de linea processionis, vel non. Hoc non est dicendum, quia lumine naturae notum est deriveri omnem imaginabilem affectionem intra ordinem suum. quod primum debet dici; sed si hoc verum sit excludenda est 2a processio tamquam supernacanea quod inutilis quod est.

36 Hoc Lullius, quae per se ... P. Arrupa citata, bene dixit continere manifestam haeresim. Si vult Raymundus ... verba sonant, ille enim, sicut unicam actionem, et unam processionem Dei per se dixit, ita certe probat unicam tantum personam productam esse concedendam, quae est haeresis aperta. Illius tamen rationibus respondeo, et ad argumentum concedo antecedens, et distinguo consequens. quod est adaequata virtuti intellectus Dei, quae est infinita, do consequentiam. quod est adaequata virtuti Dei, quae est extra suum ordinem et lineam intellectionis, nego consequentiam.

37 Ad probationem respondeo distinctione simili majoris; sed processio adaequans virtutem causae non relinquit locum processioni secundae in eodem

ordini, Concedo maiorem, in ordine differenti, in quo talem virtutem non adequat, nego maiorem. Et ideo processio secundae personae, quae est per intellectum relinquit locum pl[...] tertiae, quia non est per intellectum sed per voluntatem, quare male infert Lullius ex infinitate primae processionis divinae esse denegandam secundam. Nihil deficit.

Ad confirmationem resp. eadem solutione prima processio se communicare Deum, quantum est via intellectus communicabilis, non quantum quomodolibet etiam via voluntatis, neque inferendo esse quid infinitus non esse, sed solum infert non esse de linea voluntatis. Quod est verissimum.

Secunda firmatio [...] ac prima, et ideo solutione simili dirimitur. Ad rationem habere primam processionem totam perfectionem imaginabilem de linea processionum intellectus, non vero continere in se perfectionem de linea processionum voluntatis; quam certe habere opus non est, ut summam perfectionem obtineat in ordine suo. [...] Lullius, quia Theologi cum S. Thoma colligunt dualitatem processionum ex intellectione et volitione; sed in divinis intellectio et volitio non distinguuntur. Ergo similiter colligere debent nec distingui in divinis processiones intellectus et voluntatis.

Ad non minus facile omittendo colligi ex intellectione et volitione dualitatem processionum divinarum: certe neque ex his, neque ex identitate harum facultatum aliquid colligitur aut melius Lullio, an ex identitate intellectus et voluntatis divinae intendat ille colligere identitatem ipsorum terminorum, atque adeo, Filium qui procedit via intellectus non distingui realiter a Spiritu Sancto, qui procedit via voluntatis; sed esse unicam tantum personam. Sed hoc intendi non potest, cum sit plane haereticum [...] colliget ex dicta identitate identitatem processionum, quas sequi [...]

terminos, imo cum ipsis identificari necesse est. Animalitas et rationalitas in homine idem sunt realiter, et tamen habent terminos realiter et essentialiter distinctos; ergo ab eadem indivisibili causa termini possunt oriri realiter distincti. Videtur ergo non valere illatio ex identitate divinae intellectionis et volitionis debere etiam identificari earum processiones.

41 3º et ultimo ita arguit. Processiones activae identificantur inter se; ergo etiam passivae. Respondetur 1º omittendo antecedens, et negando consequentiam, quia secundum satis communem sententiam actiuae processiones identificantur cum principio producente; cum autem utriusque termini sit unum principium realiter, ergo erunt unum realiter processiones, quae identificantur cum ipso. Quod cum non conveniat passivis processionibus, quia hae in omnium sententia cum terminis identificantur. Qua ratione hi termini distinguuntur inter se, ideo non possunt non etiam distingui inter se.

42 2º responderi potest negando antecedens, quia non est improbabile processiones activas et passivas realiter identificari, sicut in creatis identificantur realiter actiones et passiones. Secundum quam opinionem, dicendum est processiones activas esse distinctas inter se, non minus quam passivas, cum quibus identificantur. Sed quid in particulari sentiendum sit circa has processiones, dicam infra. Modo sufficiat argumentum illius in nullo esse urgens.

Sectio 3. Potest etiam ostendi ratione naturali processiones Divinas non esse plures quam duas.

43 Potest haec quaestio sub duplici suppositione institui. Prima quia supponatur fides de unica persona improducta, et producta duplici. 2ª quia solum supponatur fides de processionibus ad intra, et non de illarum numero. Et in prima suppositione potest sine dubio ostendi evidenter non posse esse plures quam duas; quia evidens est non posse poni in Deo aliquid superfluum et inutile; sed si supponantur duae tantum personae productae, plures processiones quam duae superuacaneae et inutiles erunt; ergo non possunt poni in Deo. Probatur minor, quia processio tertia ad nihil deserviret, cum

supponant personis perfectibus producibus per primam et secundam.

Quaesivit de supernare unicam entibus duplici adaequata actione fieri ... Triniutatis ... de singulis divinis personis. ... esse manifestam disparitatem; quia creaturae cum non fiant per unam naturalem actionem omnimodo possibili, quo fieri possunt, manet locus actioni secundae, vel tertiae, per quas aliter descendant, et fiant a suis causis, et in suos fines particulares dirigantur; at Filius Dei, et etiam de Spiritu sancto ea processione, qua accipit esse a Divino parente, ita perfecte et complete tale esse accipit, ut nihil relinquat possibile vel imaginabile in linea processionis intellectus, a in actione ... Alioqui non esset omnium perfectissima; et secunda processio esset inutilis. Quod adeo certum est, ut videat in sua confirmatione diutius haerere.

Pro contraria positionem ... sed quia res est aliquanto difficilior, et cum communi Theologorum probo processiones non esse plures, quam duas, quia duae tantum facultates sunt conceptibiles in Deo, quibus ... secundum ad intra, nempe intellectus, et voluntas, ergo non possunt plures, quam binae processiones concedi. Probatur ante, quia cum Deus sit perfectissimae naturae intellectualis, ... esse solum facultatis in Deo constituendas, ... cuadit natura intellectualis perfectissima, quae sunt intellectus, et voluntas, ergo etc.

Sectio 4. Patri Arriagae occurritur

14 Pater Arriaga in illa disputatione ... citata sectione 1. sub sectione 2. in qua probare conatur non posse lumine naturali ostendi processiones ad intra, non esse plures quam duas, opponit 1°. non bene argui a creaturis intellectualibus ad Deum in hoc mysterio tam recondito, et a creaturis distantissimo. 2do. ... quia et si a creaturis non posset colligi aliquod urgens argumentum, quo probetur mysterium Trinitatis, non debet ... negari ex creaturis bene colligi duas tantum facultates vitales convenire Deo nempe intellectum et voluntatem. Annon est lumine naturae notum intellectualem esse naturam divinam? ergo si ex creaturis constet, ut revera constat, huic gradui in quantum tali duas illas facultates tantum posse competere, cur non erit etiam evidens sumptio

argum(en)to ex creaturis plures quam duas processiones Deo convenire non posse. 7°

147 Opponit idem D(octo)r. haec n(on) e(st) evidens ex creaturis duas tantum facultates ad actiones Vitales competere duntaxat, imo contrarium posse colligi ex illis; quia creaturas intellectuales, quas cognoscimus, non intellectu solum et voluntate; sed aliis etiam facultatibus instruunt, nempe motu locali et similibus. sed 2a e(st), quia licet n(on) necnon creaturas intellectuales, quas cognoscimus ad intellectum et voluntatem adiungere facultatem locomotivam, et alias, ex hoc non debet colligi eas etiam, vel alias ad Divinum intellectum, et voluntatem adiungendas ee, tum quia hae facultates n(on) s(un)t necessario connexae actioni intellectuali, tum etiam, quia n(on) s(un)t tales, quae perfectioni Divinae possint accomodari. Nam quis non videt imperfectionem poterae locomotivae, et quomodo ab imperfectione expiari nequeat? Bene ergo colligitur ex creaturis duas duntaxat facultates competere Deo, quibus ad intra operari possit.

148 Instat idem D(octo)r, quia esto si sit evidens duas tantum facultates vitales posse concipi in Deo, quibus operetur ad intra, scilicet intellectum, et voluntatem, adhuc non probatur processiones ee duntaxat duas, quia cum sint in Deo plures cognitiones, nempe cognitio de Deo, et cognitio de creaturis; et similiter amor Dei, et amor creaturarum, cur n(on) poterit concipi una persona, quae procedat ex cognitione Dei solius, alia ex amore solius Dei, tertia ex amore creaturarum, quarta ex earundem cognitione, imo inter ipsas creaturas adhuc posset distingui cognitio de spiritualibus a cognitione de materialibus, et sic multiplicari processiones. ergo n(on) probatur dualitas processionum a dualitate facultatum vitalium.

149 Sed 3a e(st) quoniam si semel concedat Arriaga duas tantum esse facultates vitales in Deo scilicet intellectum, et voluntatem, facile poterit reduci ad non ponendas plures processiones quam duas q(uo)d ita ostendi potest, quia vel terminus Divini intellectus, q(ui) e(st) Verbum Dei maxime adaequat sapientiam Dei, et excellentiam exemplaris Divini; vel n(on). Si hoc dicat Arriaga n(on) potest posse Deum habere Verbum, quo omnem suam sapientiam comprehendat, et exprimat, et imaginem, qua se totum exprimat, et repraesentet Deus consistitur imperfectus et infoelix, ut constat ex saepe ponderatis a nobis. Si vero dicat alterum

ostabit euidenter Vnicam esse imaginem et Verbum Dei duntaxat, atque adeo Vnicam tantum esse processionem Via intellectus.

Ergo ita probo, et declaro. Verbum comprehendens omnem Dei Sapientiam quantum comprehensibilis est, et imago repraesentans omnem Diuini exemplaris perfectionem, quantum repraesentabilis est, adaequat potentiam Dei, quia nihil est ultra, quod per nouum Verbum possit declarari, Secundum Verbum inutile erit, et superuacaneum, cum nihil relinquat declarandum. Ergo Vnicum est Verbum Diuini intellectus atque adeo unica eius processio.

Maior constat, quia ideo actus Diuinae scientiae est Vnicus, quia Deus Vnico intuitu vniuersa perfectissime comprehendit, et etiam Vnico Verbo exponit cuncta; ergo etiam est Vnicum Verbum. Non uideo, quomodo negari possit haec consequentia, aut quo iure secundus actus scientiae tanquam otiosus reprehendendus est, si secundum Verbum non reiiciatur tanquam superuacaneum eodem pacto. Dicendum ergo est Vnicum esse, et secundum Verbum tanquam otiosum esse impossibile, atque adeo Vnicam esse processionem Via intellectus.

Addo in confirmationem, quia vel illa persona, quae procederet cognitione solius Dei, vel cognitione etiam creaturae, esset Deus de Deo, vel non: si hoc dicatur non erit Verbum mentis Dei intra ipsam manens, nec terminus Diuinae dictionis, qui est perfectiuus, et completiuus intellectus Diuini: nam quis sanae creaturae auderet tantum honorem concedere, ut per ipsam Deus intrinsece perficeretur, ita scilicet, quod sine illa euaderet imperfectus, et infelix, sicut mens sine Verbo.

Dicendum ergo est talem personam procedentem per solam Dei cognitionem, vel per solam cognitionem creaturarum esse Deum de Deo; sed hoc est euidenter falsum, quia cum Deus sit infinitae perfectionis, et bonitatis, quo nihil excellentius, et melius cogitari possit, et haec talis personae non possit conuenire, quia non est infinita in esse Verbi, siquidem solam nobilitatem creaturarum contineret in se, concludatur euidenter tale Verbum non posse esse Deum: et hoc mihi certe negabit nullus, cum sit manifestum multo excellentius et perfectius esse Verbum, quod non solum

comprehenderet hoc, vel illud obiectum, sed omnes thesauros sapientiae et scientiae Dei exhauriret, quam illud per quod posset dici tantum hoc vel illud obiectum; cum sit evidens non esse Verbum illum, quo posset aliquid melius cogitari: imo esse, quo nihil cogitari potest melius, etiam evidens erit Verbum non posse esse illud Verbum, per quod Deus totas creaturas diceret, et esse illum, per quod cuncta compleceretur, quae continentur in mente Divina; dicendum quod est unicum esse Verbum Dei, et plura tanquam otiosa esse reiicienda; atque adeo unicam tantum processionem esse via intellectus, nec posse esse plures.

154 Quae rationes ad probandum unicam fore etiam processionem via voluntatis, et non posse esse plures facile possunt accommodari. Nam verbi terminus divini amoris, quod est donum Dei adaequans infinitum Dei amorem, vel non ... indicatur et negetur amore Divino, quod possit exequi et impertiri amato suo donum ipsi proportionatum et aequale, quae maior infelicitas, et miseria amoris? Quod si sit Divino amore aequale, et ex aequo correspondens illud donum, quod impertitur, etiam evidens est contentum esse in se bona omnia, atque adeo nihil convenienter esse cogitabile, quod non sit contentum in tali dono.

155 Quod si nihil ex cogitabile et ad intra donabile, quod non contineatur in dono illo infinito, clarum est per ipsum satisfieri Divino amori, eiusque infinitam vim communicativam exhauriri, neque enim non satisfieret amori infinito per communicationem doni infiniti, et talis, quod nulla sit particula boni, quam eminenter etiam in se non comprehendat. Et quomodo non exhauriretur potentia donandi per illum actum, ultra quem nihil est cogitabile, quod possit donari, unicus ergo est actus Divini amoris, atque adeo unica processio ad intra via voluntatis, et non plures, sicut etiam unicus est actus Divini intellectus, et unica processio eius. Constat igitur ex ratione naturali processiones Divinas et debere esse duas, et non posse esse plures.

Cap. 4. Divisio processionum in activas et passivas

156 Quemadmodum in physicis actionem a passione distinguimus, actionemque vocamus illam formam, per quam causa reducitur ad actum producendi effectum, et dicitur actualiter causans illum, et passionem illam, qua effectus actus est, et dicitur actualiter productus et

pendens a sui causa. Ita etiam in Divinis solent Theologi distinguere processiones in activas et passivas, et processionem activam illam esse dicunt, per quam principium dicitur actualiter producere suum terminum, passivam vero illam, per quam terminus dicitur esse actualiter productus.

His igitur in praesenti cap. disputamus, et inquirimus, num activa, et passiva processio, sit unica et eadem entitas realiter, quemadmodum de actione et passione docet communior sententia philosophorum eas ratione tantum inter se distinguens propter connotata et denominationes differentes. Num vero sint differentes, ita ut illa quae activa cum principio adaequate identificetur, et passiva cum termino.

Sectio 1. Expenduntur sententiae: verior, et communior eligitur.

Lingua quae de his sententiis. Prima communior asserit processionem activam identificari adaequate cum persona producente, processionem vero passivam identificari adaequate cum persona producta; atque adeo non esse unicam, sed plures entitates realiter distinctas. Videatur Ruyz. disp. 83 s. 2 ubi plures ex antiquioribus tum ex RR. refert probatque sententiam. 2ª ista asserit processionem activam, et passivam identificari inter se, et utramque adaequate cum persona producta, quae fuit ss Henrici codlibeto 6 q. 1. et in summa art. 54 q. 10. Scoti in V distinctione 2ª q. 4. et codlibeto 1º q. 3. Quibus etiam assentitur noster Albertinus tomo 2 corollario 12 theologico dubitatione 8. ubi docet processionem activam et passivam, quantum ad relativum, adaequate identificari cum persona producta. Et eidem sententiae nonnulli RR. adhaerent.

Nobis vero prima sententia multo magis placet, quia communior inter Theologos, et doctrinae S. Thomae, et modo loquendi SS. PP. magis conformis. Nihil enim apud nos certius, quam esse proprium Patris generare, et proprium Filii generari, et proprium Spiratoris spirare, et Spiritus Sancti spirari; sed hoc non esset verum, si processio activa cum principiis non identificaretur, et passiva cum terminis. Patet seq., minorem esse certam constat ex multis locis relatis a Montoya

ibi. Quare probo minorem.

150 Forma, per quam dicitur Pater generare est ipsa, seu processio activa Filii, sicut forma, per quam Filius dicitur generari est processio, seu origo passiva ejusdem; ergo si Patri proprium est generare, et Filio generari, utriusque propria forma erit processio passiva, et illius processio activa. Probo antecedens, quia non dicitur Pater generare a potentia generativa, quia ab hac Filium dicitur posse generare nec dicitur generare ab ratione Paternitatis, quia haec supponit potius tamquam rationem fundandi actualem generationem, atque adeo forma, per quam dicitur Pater actualiter generare est sola activa processio est, per quam dici potest actualiter generans; sed haec denominatio est proprietas Patris, ergo et forma, per quam accipit illam.

151 Probatur 1° quia a processione passiva dicitur Filius produci, ergo ab activa Pater producere. Non potest negari consequentia, cum sit clarum non minus tendere actionem ad facere, sicut se habet passio ad fieri, nec minorem vim habere actionem ad denominandum producentem, quam passionem, ad denominandum productum, sed Patri proprium est producere, non minus quam Filio est proprium produci; ergo processio activa non est minus propria Patri, quam processio passiva Filio; atqui passiva ita est propria Filio, quod identificetur adaequate cum ipso. ergo activa processio etiam est ita propria Patri, quod adaequate cum ipso identificetur.

152 Probatur 2° quia nihil magis proprium Patri, quam generare Filium, ergo nihil magis proprium Patri, quam forma, per quam dicitur generare Filium. Consequentia iam demonstrata fuit, et potest inspici evidenter ex contrario, utique manifestum est ab actione generativa dici generare; et quia si praescindamus generationem, non denominabitur Pater actualiter generans. ergo nihil est magis proprium Patris, quam processio activa; sed si non identificetur ipsi, sed cum Filio, non erit ipsi magis propria, imo, nec propria erit, sed Filii cum quo identificaretur; ergo etc.

153 Probatur 3° quia quod proprium est personarum singularum debet cum ipsis adaequate identificari, sed proprium est Patris generare, sicut proprium est Filii generari, ergo utrumque debet identificari adaequate cum Patre, sicut cum

Filio adequate identificatur generari. Conseq.a e legitima, et minor constat ex dictis. Probo igitur maiorem. Quia q. e proprium Divinarum personarum, e illud, per q. singulae inter se disparantur; sed non poss. disparari, nisi per ea, cum quo adaequate identificentur. Nam quomodo Pater distingueretur a Filio, et Filius a Patre per ea, q. communi foret ipsis, nil nec omnino quidem, sed soli Filio identificatum. Sed cum sit certum Patrem distingui a Filio per generare, et Filium a Patre per generari, debendum e procedere generare adaequate identificari cum Filio, et generare cum Patre, atque adeo processionem activam et passivam non esse in re unicam, sed duas entitates realiter distinctas, illam quidem cum principio, hanc cum termino adaequate identificari.

Sectio 2.a Obiectionibus satisfit.

1.o P. Ribadeneyra obiicit. Processio activa est verus et realis influxus, per quem producitur id, quod per eam producitur, sed debet distingui a producente. Patet quia ipsa non minus quam terminus productus emanat a producente. Ergo si terminum distingui necesse est, quia emanat a producente, etiam necesse erit processionem distingui propter eandem rationem, atque adeo illam identificari cum termino.

Sed haec ratio, quam ipse vocat fundamentalem, facile reiicitur distinguendo ant. Processio activa est verus et realis influxus, quo producitur terminus inchoate, in quantum scilicet per ipsam dicitur principium determinari ad producendum et in exercitio producendi. Concedo ant. Est verus et realis influxus per quem producitur terminus integre, atque perfecte, nego ant. Itaque influxus, per quem terminus perfecte et integre intelligitur esse, surgit ex activa processione, sicut in principio et actione, et passione, illud exercitium componitur, per quod effectus perfecte, et consummate intelligitur esse extra suas causas. Nam ab actione esse habet ex parte principii, et veluti inchoat in quantum determinat, et ponitur in exercitio agendi; et a passione, quae se habet ex parte termini, veluti consummatur et completur, in quantum per ipsum habet terminus fieri, et poni extra suas causas.

Qua doctrina bene intellecta neganda est sequela, statim scilicet processionem activam debere distin-

qui ab agente, cuius probabis et quibus. Est enim plane falsum talem processionem praecise inquantum activam, non minus quam terminum debere emanare a producente, imo non posse ab ipso realiter emanare, sed cum ipso potius realiter esse identificandam. Patet manifeste, ex eo quod Pater non sit determinatus ad producendum Filium, et in tali exercitio per accidens, et extrinsece, sed quia in summam proprietatem ipsius, ut dictum est, quod stare non potest sine identificatione cum persona, et cum ex subiecto, et forma realiter distinctis. Itaque oportet [illegible] processionem activam debere esse distinctam a principio producente non minus quam terminus, qui realiter distinctus est ab eo.

167

Hoc tamen unum non negabis illi effectum [illegible], et in se ipsum exercitium, quo terminus in suo esse constituitur, esse quidem emanationem a principio profluentem, atque adeo distinctam realiter ab eo, ea scilicet parte qua se habet ex parte termini, sed hoc, quia est activa quam passivam processionem esse emanationem profluentem a principio, et ab eo distinctam realiter, quod nos aperte [illegible] certe integrum, atque perfectum exercitium, per quod terminus producitur, accipit esse non est sola processio activa, passiva ve sola. Sed totum coalescens ex utraque, ut dictum est ex quibus processio passiva se habet ex parte termini, sicut se habet ex parte principii processio activa. Si passiva processio fluit, et emanat realiter a principio, et tendens fluit, ab eo qui realiter distinguitur, non minus quam terminus ipse, cum quo identificatur, totum integrum et perfectum exercitium, quo persona producta in esse constituitur, dici poterit emanans a principio profluens, sed ea quia ex parte [illegible] attribuimus? Certe nihil.

168 Obiiciunt. Primo Alii eiusdem sententiae propugnatores. Impossibile est, quod aliqua productio sit ex sua ratione actualis influxus principii, quin sit exercitium dicti principii activum, in quo influat; sed est prorsus impossibile, quod actualiter producere terminum producturum non sit etiam actualiter producere producentem. Ergo consequenter necessarium est, quod una, et eadem productio realis, ut est id, quo terminus actu producitur, sit ipsum producere, et necesse insuper est, quod ipsum actualiter producere, et ipsum actualiter producere sint inter se realiter idem.

169 Sed haec obiectio non magis facile solvitur.

suus ans distinguendum e. Impossibile e. q aliqua perfectio sit exornata ratione formali influxus actualis, quin eadem ipsam perfectione Virium se exerce at, et insinuat in activa, ea ratione et modo, quo est exercitium et influxus, sed ans alio modo nego ans. Itaque ut annotabam, actuale exercitium, per quod res in esse ponitur duplicitur potest considerari, vel in quantum est exercitium imperfectum, et inchoatum, i.e. dixi ee. id am processionem activam. quae se habet ex parte principii, vel qua e. exercitium perfectum, et consumatum, quo res in esse constituit, q e. coniunctum resultans ex activa processione, se habente ex parte principii, et quae est veluti inchoatio operis et ex processione passiva, quae se habet ex parte termini, et est consumatio et perfectio illius. 17

Utrumque vero exercitium, tum perfectum et consummatum, tum inchoatum, et perfectum habet esse actualem influxum, q quem principium se exerceat in terminum. Sed non utrumque eodem modo, nam exercitium perfectum e. q quod principium se exercet perfecte, et summate, actua contra non solum ea, quo principium inchoat, quae est processio activa: sed etiam ea, quo in termino, sine qua constituitur, sive perficitur, atque consummatur, quae e. processio passiva; imperfectum vero, et inchoatum e. exercitium per quod se imperfecte, et inchoate exercet quia e. sola processio activa, et qua, ut saepe dictum e. tantum habet principium inchoare opus, et poni in via, per quam tendat ad ipsum. 17

Sic veritate explorata conseq oppositi enthimematis distinguendum e. q e. prorsus impossibile, q actualis productio vel virtutis productivae perfectum, et consummatum non sit etiam actualis productio rei producibilis, concedo loquendo; nam de hoc iam diximus constitutionem ex activa processione se habente ex parte principii, et ex passiva, se habente ex parte termini: est prorsus impossibile q actualis productio virtutis productivae imperfectum et inchoatum non sit actualis productio rei producibilis nego loquendo; nam hoc est, ut saepe iam notavimus, determinans dum taxat processionem activam, quae se habet ex parte principii. Ergo nullus vis habet, q. ubi infertur.

Sectio 3. Duae aliae objectiones 17

Obiiciunt. 3. Processio activa aequivalet actioni creatae; sed actio creata e. actualis exer

citum dependentiæ termini producti a principio producenti; et actuale exercitium dependentiæ termini a principio producente non potest non sehabere ex parte ipsius termini dependentis. Ergo processio activa sehabet ex parte termini producti; atque adeo cum ipso, nimirum cum passiva processio identificatur. Probatur antecedens maior. Processio activa divina est actioni creatæ, qua ratione est actio præcisse, procedo maior; qua ratione est actio et passio, nego maior. Et similiter distinguenda est minor; Sed actio creata, qua ratione est actio præcisse est actuale exercitium completum, et perfectum dependentiæ effectus a sua causa; nego minor: est actuale exercitium imperfectum, et inchoatum. procedo minor. Et idea similiter distinguendum est, quod etiam processio activa est actuale exercitium inchoatum et imperfectum dependentiæ termini producti a principio producente procedo consequentiam: actuale exercitium, consumatum, et perfectum, nego consequentiam.

173 Quia vero actuale exercitium imperfectum, et inchoatum dependentiæ termini, a principio producente non est necesse, quod se ex parte termini habeat, imo oportet, quod se habeat ex parte ipsius principii, quod ut sæpe inculcatum est, ab ipso habet determinari, et poni in via ad terminum. Et in divinis ita se habet ex parte principii, quod cum ipso realiter identificetur. Et ex eo etiam apparet, quod iam notavimus, nempe quod Pater et Filius respectu Spiritus Sancto non esse accidentaliter, et extrinsece determinatos, et in via ad producendum, sed per intimam ipsius proprietatem, male quoque inferunt adversarii processionem activam sehabere ex parte termini, et cum passiva realiter identificari.

172 Obiiciunt quarto. Non sunt ponenda in Deo inutilia entia. Sed processio activa, sehabens ex parte principii est inutilis. Ergo etc. Probant minorem. Quia processione in recta processione, quæ sehabet ex parte termini, intelligitur Filius genitus. Ergo alia processio sehabens ex parte principii est inutilis: nam quod sine ea esset ponenda, nisi ut revera possit intelligi Filius producens. Si hoc sine illa, per solam processionem sehabentem ex parte termini habere potest, ea certe inutilis evadet.

17. Respondetur negando minorem Datur, quia licet ea processione, quæ sehabet ex parte termini dicitur, et est producta, certum non est quod illam productionem esse exercitium per illam productionis ab alio; sed illud exercitium, per quod res producitur ab alio. Et illud, quod tali via rem producit, sicut realiter eadem est via, quæ itur

Caietanus. Torres. Arrubal. Vazquez. et alij, quos refert, et sequitur Granado tractatu 2° disp. 3. sectione 3. A qua doctrina, non multum videtur distare, qui di- cunt processiones actiuas esse formaliter intellectionem, et volitionem notionalem, quæ tamen, nihil aliud esse dicunt, quam ipsam intellectionem, et volitionem essentialem quatenus per modificationes, ad proprias relationes, appropriantur personis pro- ducentibus. Ita Capreolus. Hispal. Ricardus. et alij relati a P. Albertino tomo 2° q. 12 cap. 12 coroll.

Secunda sententia est aliquorum Theologorum apud Torrem 1a pte q. 41. cap. 14, qui distinguunt duplex intelligere, et amare; a- liud essentiale, et hoc dicunt esse commune tribus personis, in quo nolunt consistere actiuam processionem; aliud vero notionale quod dicunt esse proprium personæ pro- ducentis, et habere rationem actionis. Ad quam sententiam videtur accedere Enri- quez in Summa artic. 34. vbi post multa concludit tandem intelligere no- tionale esse intelligere reflexum, quod est proprium solius Patris, et intelligere essentiale, esse intelligere directum, quod communi habetur tribus personis.

Tertia sententia est Scoti in 1. disp. 2a q. 9 § Auxilium ... distinctis. Vbi res- pondens ad secundum dubium, docet actionem generatiuam in Patre esse ipsum dicere Patris, quod quidem dicere, inquit, non est formaliter intelligere, sed est actus quidam notionalis proprius Patris, distinctus ab actu intelligendi, qui est essentialis, et simili ratione in quodlibet. 4. § hinc intelligendum. Verum tu- similiter docuit esse distinguendos duos amores in Deo, vnum communem tribus personis, alterum proprium Patris et Filii, et medio illo producitur Spiritus Sanctus.

Quar- ta denique communior docet consistere actiuam processionem in relatione personæ producentis ad productam, ita ut generatio, seu productio actiua Filii sit ipsa re- latio Paternitatis, et productio actiua Spiritus Sancti sit ipsa relatio Spirationis in Patre et Filio. Ita tenent defendunt P. Suarez lib. 6. de Trinitate cap. 1 n. 5 P. Molina artic. 3. disp. 4. et artic. 5 P. Valentia disp. 2 q. 1. puncto 4. P. Zuniga disp. 2 dubio 7 membro 2. P. Martini Perez disp. 1 q. 4. P. Barriada

...us. 4o.º § 2. quibus subscribunt communi suffragio Recentiores.

Conclusio 2.ª Quarta ... communis assensio.

86\. Quamvis tres relationes in Deo esse defendimus ... in 1.º ... 26. videlicet: generatio, et nativitas, aliis nominibus sunt Paternitas, et Filiatio, et S. ... 1.ª in personis ad 2.ª. Cum in Divinis, inquis, non sit ... a suo persona ... procedentis personam, nihilominus e quam ... exin... ad personam, quae est a principio: quae quidem habitudines ... esse relationes vel rationes.

Probatur ratione 1.ª

... processio activa est illa forma a qua producens accipit habitudinem, et respectum necessario connexionem cum termino, et ultimam determinationem ad illum producendum. Sed forma a qua persona producens ... accipit denominationes est relatio producentis ad productum: ergo est. Probo minorem, quia a praedicato absoluto, non potest accipere habitudinem, et respectum ad terminum, cum absolutum sit, et quia est proximum in principio producente, et termino producto, et nequit dari habitudo, et respectus verus et realis eiusdem ad seipsum.

Item connexio non potest provenire a praedicato, quod est proximum idem, nam ab hoc non connexio, sed identitas venit: nec determinatio ad producendum ab eo, quod commune est producto cum producente, atque adeo indifferens ad utrumque: ergo dictae denominationes non nisi a relatione producentis possunt exhiberi processio activa, unde proveniunt dictae denominationes in dicta relatione ...

Probatur 2.º terminus dicitur res, qua praecise intellecta, intelligitur: et qua praecise sublata tollitur: Sed praecise intellecta relatione genitoris, intelligitur processio activa, et praecise sublata tollitur: ergo est. Probo minorem, praecise intellecta dicta relatione intelliguntur denominationes generantis, et praecise negata negantur, quia solum manent, quae sunt omnia genitis cum generante, scilicet praedicata absoluta: Sed illa forma, a qua accipit pe... nitus generantis denominationem est processio activa, ergo relatio generantis est, per quam formalissime constituitur processio divina.

Ratio q posset intellecta relatione genitoris intelligi natura Divina cum sua ordinatione et respectu ad genitum, et in via ad ipsum; et ea sublata non intelligitur cum tali habitudine, nec in tali progressione, et via, ut est evidens; sed processio activa, est a qua accipit natura Divina habitudinem ad genitum, et per quam progreditur, et ponitur in via ad ipsum. Ergo processio activa consistit in relatione genitoris ad genitum.

Probatur 3.a ratione. Non est conceptibile in quo alio possit consistere, quam in relatione genitoris ad genitum. Ergo in ea consistit formalissime. Probo ant. impugnatione sententiarum: quia in primis non consistit in actionibus essentialibus intellectus, et voluntatis connotantis relationibus producentis. Primo quia processiones activae consisterent in praedicatis essentialibus, posset et cum veritate dici de natura Divina, quod generet, et quod spiret, sicut de ea dicitur intelligit, et amat; sed hoc est expresse contra Concilium Lateranense dictas propositiones condemnans. Ergo etc.

Probo sequelam, quia naturae Divinae possunt omnes denominationes et effectus formales exhiberi, qui proveniunt a formis essentialibus; nam dictae formae, vel sunt attributa, vel actus illorum, vel quid simile pertinens ad perfectionem suam, in quantum talis. Quorum perfectionum esse capacem naturam Divinam minime videtur certum, quam illas radicari, et fundari in ea. Namque modo ab illa, quasi dimanarent sive ad perficiendum illam velles non esset; sic si consisterent processiones in actibus essentiales intellectus, et voluntatis, posset ab his natura denominari generans et spirans; sed hoc non potest dici, ergo non est dicendum consistere processiones activas in actibus essentialibus intellectus, et voluntatis.

Respondent adversarii non posse dictos actus attribuere naturae Divinae suos effectus formales, quia egent modificatione relationum producentium personarum, ut eas exhibere possint. Contra primo est, quia vel haec modificatio et connotatio relationum est ratio formalis, vel est exercitium, et conditio formalis suum effectum exerceat; aut nihil horum, sed mera quaedam conditio: si primum et secundum dicatur habeo intentum: nam constituitur per relationem ratio formalis, vel exercitium eius, ergo in perfectionibus ...

quari modi apprehendunt, quales sunt processiones et productiones. sed nego non potest dici: nam quae conditio excogitari potest ut forma exhibeat suum effectum formalem subiecto, quae praesupponat formam, et exercitium eius.

Addo evidens esse non posse non poni effectum formalem, quando est posita forma eius in subiecto, et transcendentia ad modificationem per relationes intellectus naturae divinae cum forma processionum quae est actus essentialis intellectus, et voluntatis, et cum causalitate, per quam se ex[...] . . . quae est identitas cum ipsa antecedenter ad talem modificationem intelligens effectus formales eius exhibiti naturae Divinae; sed hoc non potest dici [...] unde infertur.

2a et 3o [...] hoc saltem non negabitur ab adversariis. Scilicet a dictis actibus intellectus et voluntatis de facto tradi suas denominationes et effectus formales naturae Divinae supposita modificatione, et connotatione relationum tanquam conditione, atque adeo absolute, et simpliciter naturam Divinam esse capacem denominationis generantis, et spirantis; nam id quod solum dependet a conditione aliqua ad recipiendum aliquem effectum formalem absolute, et simpliciter est capax illius, quamvis de facto, illum non recipiat, sine tali conditione, sicut materia capax est absolute et simpliciter calefactionis, licet non [...] calefaciendi absque applicatione calidi: sed non potest affirmari naturam Divinam esse capacem talium denominationum, illas de facto recipere, ut constat ex citata definitione Concilii Lateranensis tales propositiones condemnantis. Ergo etc.

Sed 2a ratione omissis aliis ostendo non posse constitui processiones activas per actus productionis [...] quia magis proprium personarum est, non potest constitui in recto, et quidditative per [...] commune, sed nihilominus magis proprium est, et singulare producentium personarum, quam processiones activae, a quibus denominantur producentes, et distinguuntur a personis productis ergo etc. Consequentia bene infertur, et minor constat ex cap. superiori. Probatio maioris autem non video quomodo possit dubitari.

An non est certum aliquod constitui quidditative, et in recto per praedicata essentialia, quae sunt specifica et propria [...] personarum quae sunt individualia: sed evidens est nihilominus posse constitui per praedicata dicta, quam quae magis proprium est.

personarum: sed processiones activae relativis personarum producentium, ut magis proprie et essentialiter tribuuntur a cunctis relationes, et non per actus Trinitatis distinctae divinae. Hic argumentis labefactatis illorum, qui volunt processiones fieri per cognitionem divinam, et volunt notionales, quia ut supra notabam, per verbum non nova aliquam cognitionem aut volitionem introduci, sed communem toti Trinitati duntaxat, ut connotantem relationes proprias producentium personarum. Et maximum modificationem

Disp.io 3. Primo de intellectione et volitione non communi in divinis personis, in qua constituuntur nonnulli processiones activae, sanguinem falsa et periculosa reiicitur.

Praeterea constituunt consti processiones activas in intellectione et volitione notionali, intervenit 2.o opinionis, quae duplex distinguit intelligere, et amare velle: aliud commune tribus divinis personis, et aliud singulare propriorum personarum producentium. Ergo pro 1.o: quia verbum per cognitionem, et amorem notionalem, aliquid intelligunt et amant, quod non est infinitum, nec intellectionum [illegible] per primam cognitionem et amorem communem tribus divinis personis. Verbum ideo dicat superflua et [illegible] cognitio et amor: non quo sine aut quo [illegible] in amabilitatibus, divinis personis [illegible]. Vel amat ultimo fundamento affirmavit aliquid producere per ipsam, quod produci non potest per aliam cognitionem non minus comprehensivam, et perfectam, et per aliam amorem non minus perfectam et generalem.

Si respondeant, per hanc secundam aliquid novi intelligi, aut amari. Contra est impugnatio evidens: quia inde sequitur intellectum et volitionem omnium tribus personis non esse infinitam, siquidem non amat, neque intelligit, quidquid est intelligibile et amabile, neque esse omnium intellectionum et volitionum perfectissimam: quomodo enim talis esset, quae omne cognoscibile, et amabile non comprehenderet. Neque esse perfectionem simpliciter simplicem, quia melior esset non ipsa, et illius cognitio, et amor, a quibus [illegible] amabile, et ergo notitiae adiunctae, quam ipsa, quam haberet aliquam. Quod est

Quod probo 2.o Secundo: cognitio et amor notionalis, et proprius personarum producentium, condistincta

scientia, et amori communi Trinitati [illegible] per [illegible] ... Pater [illegible] ac Filius intelligit et spirat [illegible] et tamen non sunt tres intelligentes sed unus intelligens, et unus amans, quae expositione symboli Athanasii ab Ecclesia approbato continetur, in quo similiter proponit in immenso, et aliis attributis credendi proponuntur.

Ergo sequentiam: [illegible] hanc propositionem, quae in symbolo continentur. Verum est, quia licet Pater Filius et Spiritus Sanctus sint secundum rationem eandem numero immensitatem, aeternitatem et omnipotentiam, quae termini simul dicantur et in recto [illegible] tres multiplicarentur immensi; sed sicut, quae secundum animadvertimus multiplicantur scientiae et amores in tribus divinis personis, et similiter licet recti et adiacentis sit eius unus amans, et unus sciens, quae cum affirmari non possit secundum etiam erit illud ex quo infertur.

Arguo 3.º sic: quia ex hac doctrina sequitur non esse unum sed tres Deos, quia intellectui Patris, qui est principium illorum duorum actuum est secundum principium ab intellectu Filii, qui est principium unius actus duntaxat, scilicet illius communis toti Trinitati. Item voluntas Filii, quae est principium illorum duorum actuum, distinguitur specie a voluntate Spiritus Sancti, quae non foret principium actus notionalis, sed illius actus communis toti Trinitati, sed hoc est naturam Patris et Filii et Spiritus Sancti esse differentes quia differentes sunt naturae, quae sunt principia differentium operationum, hoc autem falsissimum est; ergo et illud unde infertur.

Quam rationem magni facimus, et pondero: quia si daretur quaedam natura animalis, quae esset principium operationum sensibilium ubicumque, et [illegible] una numero, et duas animalium differentias specie et [illegible] diversitas abstractas, nempe [illegible] immobilitatis, et mobilitatis: quae inde resultarent, sine dubio diceremus duo animalia specie, et numero differentia. Cum de hoc dubitabit, videns illorum unum esse principium [illegible], alterum adeo esse leonem alterum vero esse principium hinnibus, adeo esse equum, quia licet concedatur in divinis unicum principium intelligendi et amandi communi tribus divinis personis, si vero concedatur idem principium esse [illegible] per principium intelligendi [illegible]

[illegible] soli Patri inueniendi et amandi [illegible] Filio non potest negari quin ipse
[illegible] ut superius diximus, atque adeo placet dici.

Ad alia omnia argumenta tandem respondetur facile ratio, quia ipsorum intricatum est, nam Diuina debet possidere perfectissima omnium quae excogitari possit; sed non est talis ratio diuinam, quam imaginamur propter [illegible], quia denda diuina communi tribus personis non diceretur esse intellectiua, et amatiua perfectissimo modo, quia non esset intellectiua, nec amatiua illo modo speciali et proprio, quo ipsis personis producentibus conuenit, qui modus cognoscendi et amandi ut sic [illegible] est perfectissimus, et perfectior [illegible] unum illum modum intelligendi et amandi commune.

Quod aiunt non posse resolui [illegible] a nos, quia naturam diuinam ponimus perfectissimam, et eiusdem intellectui et voluntati per actuum communem unicum singularissimum principium, quod est loquens in Patre, quia in eo determinatur per actionem loquendi; et est Verbum in Filio, quia in ipso determinatur per exercitium passiuum dicendi, et quae in Spiritu Sancto est donum, quia in ipso determinatur per exercitium passiuum donandi, quae magna est disparitas inter nostram et [illegible] [illegible]

Sectio 3ª Dissoluitur Scotica doctrina

Secunda est Scotistarum, quam supra retulimus, quae docebat processisse actus diuini Verbi esse ipsum dicere Patris, et processione diuinam Spiritus Sancti esse ipsum amare notionale, et proprium Patris et Filii. Et si roges an hoc dicere, et hoc amare notionale sit ipsum intelligere, et amare commune tribus diuinis personis ~~[illegible]~~. Respondent quod non, quia in diuino intellectu et voluntate duplicem actum distinguit. Primum vocat intellectionem, quam communem esse dicit esse [illegible] Trinitati, et secundum dictionem, quam docet singularem et proprium esse Patris: et pari ratione procedit in voluntate, in qua duplicem similiter actum ponit; quorum primum docet esse commune et essentiale tribus diuinis personis, secundum vero proprium, et singularem Patris et Filii, quem vo-

iat amorem notionalem.

Sed quia videt parum Scoti ad paruum aut nihil difficultati apparentis, adeo ut ipsam vim habere, quae contra illam deximus: dictis tamen nostra momenta adiiciam. Primo igitur impugno Scotum sic: quia vel in Patri et Filio dabas communes divinis personis eo idem operatis vel non: [illegible] distincti secundum speciem, vel numerum. Hoc non dicet Scotus, quia eet ponere [illegible] divinas [illegible], et [illegible] cum distinctionibus intellectionis, et volitionis. Hoc secundum autem habeat non potest in doctrina Scoti.

Probo hoc, quia si sit idem proximus intellectus et voluntas, tres divinae personae communes, idem actus etiam erunt communes [illegible] id hoc negat Scotus, quia non potest tenere eundem intellectum et voluntatem esse communem tribus divinis personis. Probo illam maiorem, quia qui ponit causam communem etiam debet ponere communem effectum, praesertim si sint necessarii, et eum ipsa identificati: [illegible] hoc negabitur, quia illa videtur pessimum et clarum, ut sit evidens [illegible] nobis [illegible] ad [illegible] causam [illegible] esse communem [illegible] effectibus necessariis, et cum ipsa identificatis qui communes esse [illegible] si Scotus ponit communem intellectum et voluntatem tribus personis divinis, etiam ponere debet communes actus eius; sed hoc non facit. Ergo procedit inconsequenter.

Ad quem addo [illegible] ubi est eadem causa, et causalitas [illegible] esse effectus idem. [illegible] constituat Scotus in [illegible] divinis personis eandem causam [illegible] tenet etiam considerare in [illegible] effectum. Sub hoc enthymemata concedendum ab Scoto, tamen Scotus negat actum divinum esse omnibus divinis personis, et sic deambulat amoris notionalis. Ad his affirmare causa vel causalitas [illegible] quam accipit esse non esse communem tribus divinis personis.

Quod si respondeat principium actus esse singularem et proprium Patris, nam [illegible] Patri intellectum distinctum essentialiter ab intellectu Filii et Spiritus Sancti, atque adeo distinctos [illegible] facit. Quod si respondeat principium [illegible] esse commune tamen intellectus [illegible] causalitatem eius esse particularem et propriam Patris: quaeritum abeo, quaenam [illegible] causalitas sit propria Patris [illegible] aliis incommunicabilis. [illegible]

[illegible] singulare et proprij quae reddunt in Patre possunt inveniri [illegible] ince-
nire tamen cautius in relatione consistere; sed hoc posuimus convertere in-
nitam iis, quae in relatione consistit processionem &c.

Quem denique inquo-
no: Intellectus, et Voluntas communes tribus divinis personis sit perfectissimus
et similiter scientia, et amor, [illegible] intellectus. Quia scientia debet habere
vim ad se infinite experimentum in verbo, et ea voluntas et amor, ad se
infinite immutabilem et largitionem infiniti boni. Habet vero, quod sum-
ma excellentia et perfectio amoris consistit in ea infinita communicatione
et sic de scientia, quae per expressionem, et expressionem sui maximum modum
perficitur: nam quis amor infelicior quam qui patitur et ingratus? et quae
scientia beneficior, quam quae in tabernis mentis sepulta nulla verbi expres-
sione illuminet?

Cum sic amor communis tribus divinis personis, et sic de
scientia, non habet illam vim in se [illegible] dicta scientia et amor non
est omnium perfectissimus. Et si respondeat eundem amorem et intellectionem
communem tribus divinis personis esse quidem in Patre dicere, et in Patre
et Filio communicare et donare, atque adeo convenire eidem amori et
intellectioni perfectionem summam in linea amoris et in linea intellectionis
quia habet expressionem et imaginem sui, atque etiam donum quod se
communicet infinite.

Contra est: quia vel in Patre superaddit, ut intellec-
tio dicta communis et dictio in ipso, vel non? Si illud respondeat mani-
feste convincitur quia impossibilis est novus effectus formalis, ubi nihil est
novi. Et si respondeat addi quidem in Patre relationem, contra est quia
hoc additamentum est mera conditio, aut certe [illegible] quod exhibeatur
dicenti [illegible] et dicitur loquens; si illud primum dicas, [illegible] Scotus in sui
[illegible] processionem [illegible] consistebant in intellectione, et volitione com-
munibus addentes relationes producentium personarum tanquam conditiones, et
notata, quos iam impugnavimus. Si vero dicas secundum, adhuc [illegible]

Sed quamvis ex his satis aperta sit veritas nostrae sententiae, cum illa fiat aptius occursum argumentis adversariorum.

Solutio oppositorum rationum

Granado, qui processus actionis tribuit in intellectione, et volitione notionalis relationibus personarum producentium opponit. Primo plures ex SS. PP. qui affirmant Verbum Divinum esse aeterno Patre genitum, quia Pater ex aeterno [illegible] sapiens. Sic Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Ambrosius, Cyrillus Alexandrinus, et Augustinus apud Bellarminum tomo 1 lib. 2 de Christo cap. 2, qui hoc non dicerent, ait idem Granado, nisi sapientia, seu actus intelligendi, esset id, quo Pater producit Filium, addit Granado plures hoc docuisse alios ex PP. apud eundem Bellarminum, qui docuerunt produci Verbum per intellectionem.

Sed hi SS. PP. non sunt nobis contrarii, quia non sunt intelligendi de processu, sed de principio quo, quod non negamus esse intellectionem respectu Verbi, et amorem respectu Spiritus Sancti, ut ostendemus inferius. Sed replicat Granado hanc solutionem et firmare assertionem suam, quia quod appellatur in processibus immanentibus productio activa, vere est principium, et causa termini, vel effectus producti, et eatenus appellatur productio, quatenus est quidam actus dans eam formam supponens, et quatenus mediante illo quasi resultat, vel emanat terminus, vel effectus qui producitur.

mul cum aliis resultat totum Cpositum, l. Divinctum. Sic dicit cā binarii scho
lasticorū in Gymnasio, qui supp iam uno Scholastico in Gymnasio facit alterum
ēe præsentem in Gymnasio. Cstat ex Cmuni loquendi modo. Ut destruatur
binarius hominum n requirit qd destruant duo homines, similiter

Ut componat ordinarius hominem non requiritur, quod ponant duo homines, sufficit, quod supposito uno ponat alius. hinc est quod Verba consecrationis dicantur a Concilio efficere Sacramentum Eucharisticum, quia et si non efficiant totum Sacramentum adaequate sumptum; efficiunt tamen unam partem suppositis aliis iam existentibus.

Objicies 2.o si Deus elevaret Verba aliqua ad producendum cibum, vel potum materialem, non constitueretur cibus iste, vel potus materialis, per illa Verba, quae produceret; sed et Deus elevat Verba consecrationis ad producendum alimentum, seu nutrimentum spirituale: non potest hoc alimentum, et nutrimentum per illa Verba constitui.

Respondetur, quod si hoc corporale haberet esse signum ex aliqua institutione ad significandum aliquid aliud procul dubio praeter illam entitatem alimenti materialis constitueretur per illam institutionem seu voluntatem. cum ergo hoc Sacramentum habeat esse significativum ex divina institutione, per eiusmodi institutionem, quae sunt Verba consecrationis constituitur.

Objicies 3.o Potuit Deus poni sub accidentibus panis, et vini sine Verbis praecedentibus, ut evidentissimum est; sed tunc daret perfectissimum Sacramentum Eucharisticum; ergo hoc sacramentum per Verba consecrationis non constituitur. Probatur. id constituit adaequate hoc Sacramentum quod praecise est alimentum, et nutrimentum spirituale. sed Verba consecrationis non sunt alimentum, et nutrimentum spirituale; ergo etc.

Respondetur concedendo Maiorem, Omitto Minorem, et distinguendo consequens; ergo hoc Sacramentum Eucharisticum de facto institutum per Verba consecrationis non constituitur, nego consequentiam. Sacramentum aliud Eucharisticum diversum, concedo consequentiam. Ita quod hoc Sacramentum de facto institutum habet divinam institutionem ratione cuius in ratione signi sensibilis ad placitum divinum significantis constituitur per illa Verba expressa Sacerdotis loquentis in persona Christi, quae cum sint ultima ratio formalis, seu determinativum ratione cuius hoc sacramentum in esse significantis constituitur, non possunt non esse constitutivum intrinsecum huius Sacramenti adaequate sumpti; Sacramentum vero aliud specifice diversum per aliam diversam voluntatem, seu institutionem Dei constituitur.

Deinde hoc Sacramentum, quod de facto habet esse institutum

Per modum signi sensibilis, et externi gratiæ sanctificantis afferendæ. Qualis autem Dnus. Dum se, et precise sumptus non est signum sensibile, et externum ut evidentissimum est, neque species illæ sunt signum sensibile, et externum gratiæ sanctificantis neque coniunctum ex Xpto. Dno. et speciebus est signum sensibile, et externum gratiæ sanctificantis, nisi super species fuerint prolata verba consecrationis; ergo verba consecrationis sint ultima ratio formalis faciendi hoc sacramentum signum sensibile, et externum gratiæ sanctificantis constituunt vere hoc sacramentum.

Cap. 8. Reliqua fundamenta evelluntur. = = = = = = =

Caput, 8.um

Reliqua fundamenta evelluntur.

Obijcit 4.o in eo differt hoc sacramentum a reliquis, quod reliqua sint successiva, sive, quæ consistant in usu, ut loquitur Iritium ... hoc autem sacratum est permanens; sed debet omnia sua constitutiva permanentia: sed verba consecrationis non sunt permanentia; ergo non possunt esse constitutivum intrinsecum huius sacramenti.

Ret. P. Suar. hoc sacratum dici permanens dum aliquas partes permanentes, quas includit, nimirum dum accea, l. species sacratas. Displicet solutio 1.o; quia si hoc sacramentum diceret permanens, quia aliquæ partes illius permanent, sic similiter diceret existens, quando aliquæ, l. aliquæ partes illius sint existentes, quasi quando incipiunt proferri verba consecrationis, existeret sacramentum eucharisticum. 2.o quia quando dicitur permanens sacramentum eucharisticum totum sacramentum, ut totum est, debet esse permanens.

Ret. Card. de Lugo dici permanens hoc sacramentum transactis verbis, quo ad id, quod dicit in recto, non vero quo ad id, quod dicit in obliquo; sufficit quia ut sacramentum dicatur permanens, quod permaneat id, quod importatur in recto. Displicet similiter solutio, quia id, quod affert in obliquo dum—

Sententiam huius q. e pars intrinseca Sacramenti; ergo si n permanet id, qd. 12
affert in obliquo n permanet totum Sacramentum. Prob. q. Sacratum eucharisticum
ut tale e reduplicative sumptum importat in recto omnes partes hanc denomina
tionem constituentes; sed n permanent omnes partes; ergo Sacramentum eucharisticum
reduplicative sumptum n e permanens.

Rtur. a nobis cum tota proprietate Sacratum
eucharisticum dici permanens, quandoquidem omnia sua constitutiva permanent;
species Sacramentales, et Xpttus. Dnus. physice permanent; verba vero consecratio
nis moraliter permanent. Sicut ergo entitas aliqua physica successive physice
producta potest physice permanenter existere, ut calor successive productus permanen
ter physice existit. Sic entas physice successive producta potest permanenter mora
liter existere, qd quidem in omni signo ad placitum representativo concedendum
ab omnibus e.

Obijcit 2. Transactis verbis consecrationis datur in altari perfecti
ssimum Sacramentum; sed tunc in altari n dant verba consecrationis; ergo hec
n constituunt intrinsece hoc Sacramentum. conseq.: nulla res existere potest
sine suis pratis constitutivis, ergo si in altari datur perfectissimum Sacramentum
quin dent verba consecrationis, evidentissimum e hec n ee partes intrinsece consti
tuentes hoc Sacratum.

Rtur distinguendo Maiorem: transactis verbis physice, et
perseverantibus tamen moraliter, datur in altari perfectissimum Sacramentum, concedo
Maiorem. transactis verbis physice, n tamen perseverantibus moraliter datur
in altari perfectissimum Sacramentum, nego Maiorem. Similis distinctio appli
canda e minori. Sacramentum ergo hoc n ex coexistentia physica partium,
sed morali exurgit. Species Sacramentales, et Xpttus. Dnus. existunt physice
verba vero consecrationis moraliter tantum, quare ergo n potest ee coexistentia
physica, sed tantum moralis. hanc autem perseverantiam moralem verborum in
Sacramentis statuimus in tractatu de Sacramentis in communi disp. 1.
Cap. 11. ubi diximus Baptismum sufficienter fieri, et post prolatam

Nam baptisandi abluat infans, in quo casu, quando illa huius Sacramenti applicat dat solum concurrentia moralis Verum sufficiens ad sacramentum efficiendum.

Cum igitur Sacramentum aliud possit intrinsece constitui Verbis moraliter tantum permanentibus, Sacramentum similiter Eucharisticum constitui poterit Verbis moraliter tantum existentibus. Hinc est, quod non sit absurdum dicere, quod dent in altari Verba Consecrationis moraliter, quatenus in altari dat id, quod in actu proximo est significativum ad placitum divinum.

Obijcit 6. sicut tota proprietate esset Sacramentum Eucharisticum, et Verba physice non sint, sic similiter esset Sacramentum Eucharisticum, si per impossibile Verba physice essent, non tamen physice esset Corpus Christi sub accidentibus, vel speciebus: hoc autem non est dicendum; ergo etc.

Respondetur quod cum Sacramentum sit quod significativum ad placitum divinum datis praecise physice Verbis, non tamen dato physice Corpore Christo sub accidentibus panis, et Vini, non dat Sacramentum, quia non dat quid significativum ad placitum divinum, cum Verba non sint signum Sacramentale, sed constitutiva Signi Sacramentalis. Non tamen requirit, quod haec ratio formalis significandi actualiter, et physice existat, quando signum est actualiter absolute, et simpliciter significativum.

Cap. 9. Utrum actio transsubstantiativa sit constitutivum intrinsecum huius Sacramenti?

Caput, 9,

Utrum Actio Transsubstantiativa sit Constitutivum intrinsecum huius Sacramenti?

Per actionem transsubstantiativam, vel Consecrativam intelligitur actio illa, qua ex vi Verborum Consecrationis deficiente substantia panis, et Vini ponitur Corpus Christi sub accidentibus illis permanentibus. Hanc non esse Constitutivum intrinsecum tamquam indubitatum supponunt innumeri DD. Videndi sunt inter alios P. Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 42. Sect. 2. P. Granad. tom. 5. Controversia 6. tractatus disp. 3. P. Ioan. Amicus tom. 7. disp. 15. P. Meratius tom. 3. disp. 2. P. Ignao disp. 1. de Eucharistia Sect. 2.

Oppositam tamen defendunt Doctores aliqui ut Card. de Lugo de Sacramento Eucharistiae disp. 1. Sect. 6. P. Aug. Bernal disp. 23 de Sacram. Sect. 1. 13

Dicendum nobis est cum communi ea actionem transubstantiativam, seu consecrativam, non esse partem seu constitutivum intrinsecum huius Sacramenti, pro cuius veritatis probatione praetermissis aliis, hoc unicum argumentum mihi sufficiens est quod verum constitutivis indagandis communiter usurpari solitum. Praecise, et formaliter illectis accidentibus illis, seu speciebus, et Christo Domino et voluntate illa expressa per ministrum, seu Sacerdotem seclusso quocumque alio, quod quidem facile fieri potest, cum actio distinguatur realiter a termino producto, illigitur perfectissimum signum ad placitum divinum significativum, et causativum gratiae sanctificantis: et hoc ipso illigitur perfectissimum Sacramentum; sed per hoc praecise, seclusso quocumque alio, tamquam ratione constituente hoc Sacramentum constituit. Accollenda sunt quae diximus tractatu de Sacramentis disp. 1. Cap. 15.

Videamus fundamentum, quo nititur Card. de Lugo. Sacramentum Eucharistiae includit corpus Christi non ut cumque, sed ut contentum sub speciebus, sed quod Christus Dominus contineatur sub speciebus est denominatio proveniens non ab aliqua unione vera, sed ab actione illa, qua Christus Dominus ingenere causae efficientis substat accidentibus panis, et vini, et vi huius actionis dicitur Christus Dominus substare accidentibus illis, et succedere loco substantiae panis, et vini; ergo illa actio intrinsece pertinet ad conceptum Sacramenti Eucharistici. Confirmatur, unio illa qualiscumque sit, quae datur inter Christum Dominum et species sacrales intrinsece constituit sacratum saltem a quo, ut dictum a nobis est; sed cum actio illa substentativa specierum sacramentalium, ratione cuius Christus Dominus continetur sub illis speciebus sit unio effectiva specierum sacramentalium cum Christo Domino intrinsecum erit constitutivum huius Sacramenti.

Respondetur continentiam Christi Domini sub speciebus sacramentalibus non esse formaliter actionem terminatam, ad species, seu ad Christum Dominum. Quia haec continentia formaliter provenit ab unione specierum sacralium cum Christo Domino quae quidem est quid distinctum ab actione productiva. Si haec unio quae datur inter Christum Dominum et species sit quid physicum distinctum quid est ab actione, seu ratione formali producendi. Similiter si

Talis Vnio sit quid morale, quomodocunq Morale illud explicet, distinctu qd e ab actione, l. Vaæ Reali producendi. ad Rationem eodem modo Respondetur.

Dissolvamus deinde fundamentum P. Bernal, qd simile omnino e præcedenti. Sacramentum Eucharisticum intrinsece Constituit ex Xpto. Dno. et Speciebus sufficienter Vnitis ad Componendum Vnum totum, n quidem per aggregationem partium, neq per Vnionem tantum moralem, d. per intimam Coniunctionem, et Vnionem physicam Realem, et Rigorosam: d actio Consecratiua per quam producit substa. Xpti. sub Speciebus e Vnio physica Realis, et Rigorosa substæ Xpti cum Speciebus, ergo per talem actionem Dum qd e realiter, et identice Vnio cum Speciebus Componit realiter Eucharisticum Sacramentum.

Respondetur hoc argumentum tangere iam quandam physica, que iam diu Rmo cuidam Magistro huius provinciæ nræ placuit, de identitate actionis eductiuæ cum Vnione, quam quidem iam in physicis Reijcii. Respondetur deinde, qd licet Concedamus posse entitatem quandam, que simul sit actio, et Vnio formæ cum subiecto, dicimus, qd actio Consecratiua, que simul haberet rationem productionis, et Vnionis Constitueret intrinsece hoc Sacramentum, quatenus Vnio e Specierum cum Xpto. Dno. n Vo quatenus e Vaæ Realis producendi. Disp. 2. De Vnitate huius Sacramenti. Cap. 1. Vnitas specifica demonstratur. = = = = = = = = = = = = = =

Disputatio, 2a,

De Vnitate Huius Sacramenti.

Caput, 1um,

Vnitas Specifica demonstratur.

Species Consecratas panis ee Sacramentum Specie diuersum ab Speciebus Consecratis Vini docuerunt Mar. in 4. dist. 8. q. 1. Gabriel q. 2. Aureolus dist. 8. q. 1. quamvis aliqui dicant Aureolum

huiusmodi sa. n. docuere. Veriüs tamen e sa, quam reliqui omnes Theologi defendunt cum suo Principe D. Thoma q. 73. Artic. 2.

Ratio Angelici Praeceptoris efficacissima e. Hoc Sacramentum e institutum per modum Convivij cuiusdam spiritualis Nutrimenti, et refectionis aiae hominis ex illud Ecclesiae, O Sacrum Convivium etc. sed species Sacratae panis, et Vini constituunt unicum in specie totali Sacramentum perfectum. cons. pb. Convivium perfectum in ratione talis n solum constituit per cibum, sed etiam per potum: sed hoc Sacratum e Convivium perfectum in ratione talis; ergo etc. pb. cons.: quia Sub accidentibus panis ex vi formae Verborum e cibus, quandoquidem e corpus dominicum, et sub accidentibus Vini e potus, quandoquidem ex vi formae e sanguis; ergo ex hoc Coniuncto Unicum in specie totali, et adaequata constituit Convivium, et Sacramentum.

Quamvis ergo Coniunctum resultans ex Speciebus panis, et corpore Xpti sit specifice diversum a Coniuncto resultanti ex Speciebus Vini, et sanguine Xpti, hoc tamen n tollit quominus hae duae partes inter se specifice diversae componant unam speciem totalem, et adaequatam. 1° quia hoc contingit in physicis, ma enim et forma specie distinguunt, nihilominus tamen coniungunt in ordine ad componendam unam speciem totalem et adaequatam. 2° quia hoc in Sacramentis contingit: dolor internus de peccatis, confessio penitentis, absolutio Sacerdotis inter se distinguunt specifice, cum tamen coniungant in ordine ad componendum unicum penitentiae Sacramentum; ergo Similiter in Eucharistia contingere poterit, quod et hae partes specifice distinguant coniungant tamen in ordine ad componendum unicum Sacratum completum, et adaequatum.

RR. Aliqui PP. apud Card. de Lugo dicunt huiusmodi partes unicum componentes Sacratum n distingui inter se distinctione specifica sed tantum individuali, et numerica, n quidem secundum mate quod affert sacratum sed signum ad placitum significativum secundum hanc enim considerationem specifice distingui certum e apud omnes, cum Coniunctum resultans ex accidentibus panis, et corpore Xpti specifice distinguat a Coniuncto resultanti ex accidentibus Vini, et sanguine Xpti. sed secundum rationem formalem, seu formam, significationem Vel Sacramentalem

p quam Vltimo Sacramentu in Roe talis Ostituit.

Iudico tamen Vtrasq species specificatiue differre, non solum adum male, siue adum diuersas entates significatiuas, sed adum rõe Rlem diuersã significationis, diuersitate desumpta saltm ex pte modi significandi. sic g arguitur: Species Oscratæ panis significant substam corporis Xpi sub illis existentē p modum cibi nutrimenti, l. alimenti spiritualis hominis; species Vo Vini Oscratæ significant substam sanguinis Xpi p modum potus reficientis et lætificantis spiritualiter aiam hominis; sed hæc diuersitas in significando sufficit ad Ostituendas species specifice diuersas in Rone Rlis Sacramenti, l. significationis sacramentalis; g. etc.

Vbi notandu diuersitatm specificam in his partibus, l. speciebus in ratione significandi Sacramentalliter non debere desumi precise ex eo qd species panis ex ui Rlati verborum, qq Oscrant significent corpus Xpi. species Vo sanguinis ex ui Rlati verborum significent sanguinem, cum significatio Sacralis sit gratiæ sanctificantis Oferendæ. Desumitr g diuersitas specifica in ratione Sacralis, l. significationis Sacralis ex eo, qd species Oscratæ panis significent gratiam sanctificantem p corpus Xpi Oferendam p modum alimenti, et nutrimenti. Species Vo sanguinis significent gratiam sanctificantem Oferendam p sanguinem Xpi p modum potus recreantis spiritualiter aiam. cum g Sacramentum sit significatiuum sufficit diuersitas specifica in significando, Vt resultet diuersum specifice Sacramentu, l. pars Sacramenti totalis specifice diuersa. = Cap. 2

Quæ possunt obijci Argumenta Eneruantur. - - - - - - - - - - -

Caput, 2um

Quæ possunt obijci Argumenta Eneruantur. =

1o Obijcit. Laicus comunicans sub Vnica tantum specie recipit perfectum, et integrum Sacramentu Eucharisticum; g. Species Oscratæ panis ss. perfectu, et totale Sacratu

distinctum ab altero, qd p. speciem Sacratam Vini Ostituit. Ans. manifestu e 15
ex autorit. Ocilij Tridentini definientis totum, atq integrum Xpum Vi-
vum, et Sacramentu sub altera tantu specie Otineri. Ratione deinde pr.
qa Xpus. Onus- sub accidibus panis e signum infallibile gratiae: hoc autu sufficit
ad Verum, et perfectum Sacratu; g. etta.

Rx. Card. de Lugo facilius posse
dicit Omunicantu sub Vnica spetie n. sumere perfectu, et integrum Quiuiu; quu n. su-
mere perfectum, et integrum Sacramentu; qa. A. Omunicet sub Vnica tantum spetie su-
cipit tn. id, qd e alimentu, et nutrimentu Spirituale hominis, qd sufficit ad suscipiendum
Verum, et perfectum Sacramentu.

Aur. tn. ancbis, qd sicut n. suscipit Verum, et per-
fectum Quiuiu; sic n. suscipit Verum, et perfectum Sacratu; quando g Ocilium dixit
Verum Sacramentum suscipere loquit. de Sacrato partiali ordinato ad Vnicum totale
Oponendum. Scopus g Ocilij fuit totum Xpum suscipere Omunicantu sub Vnica spetie,
et Omunicantu sub Vtraque.

2o. obijcit. Sacratum Ordinis Opicitur plura Sacrata
interse totaliter, et adequate distincta; g. similiter Sacratum Eucharisticum Oplectitur
plura Sacramenta interse totaliter, et adequate distincta. Aur Sacramentu
Ordinis Opletum, et adequatu Ostitui pluribus partibus, l. Sacramentis partialibus
ordinati ad Vnicum Sacratum ex omni p. perfectum Ostituendu, similiter ac in
hoc Sacramento Otingit.

3o. obijcit. Sub qualibet specie Otinet quid, qd sub Vtraq
Otinet. Nil g. Otinet sub Vtraq, qd n. Otineat sub qualibet; g. sicut Vtraq species
simul sumpta Opletum, et adequatum Sacramentu e, quolibet spetie in particulari
Opletum, et adequatum Sacramentu erit.

Aur. distingo ans. Sub qualibet spetie
Otinet quid qd Otinet sub Vtraq, si precise attendat res Otenta Ocedo ans. si atten
dat modus significandi sacraliter, nego ans. Certum e totu Xpu et Diuinitu
sub qualibet, et sub Vtraq spetie Otineri, Ceteru cu diverso modo significent

species panis gratiæ sanctificantis, ac species vini. Hinc ergo quantumvis si præcise attendat illud quod continet non distinguunt eiusmodi partes. Specifice tamen distinguunt ipsum vero materialiter Sacramenti, si attendat modum significandi diversum.

4° obijcit.

in Sacramento Eucharistico concurrunt duæ materiæ, et duæ formæ specifice diversæ; ergo sunt duo Sacramenta specifice diversa. consequentia probatur: composita multiplicant, et diversificant ex distinctione specifica, partium, et earum: sed in huiusmodi Sacramento concurrunt duæ formæ, et duæ materiæ specifice diversæ, ergo multiplicant, et diversificant Sacramenta.

Respondetur distinguendo maiorem

concurrunt duæ materiæ, et duæ formæ specifice diversæ ordinatæ tamen ad componendum unum et idem Sacramentum totale, concedo maiorem non ordinatæ ad componendum unum et idem Sacramentum totale, nego maiorem. Iam diximus huiusmodi partes specifice differre non solum quoad materiale, sed etiam quoad rationem formalem Sacramenti distinctivam; verum cum non ordinentur ad unicum totale Sacramentum non resultat multiplex in specie totali et adæquata Sacramentum, sed unicum in specie totali, et adæquata. Composita igitur diversificant, quando materiæ vel formæ componentes totales, et adæquatæ sunt specifice diversæ non vero quando materiæ vel formæ non sunt totales, et adæquatæ, licet sint specifice diversæ. Caput 3. Circa unitatem individualem, et numericam opinandi modi referunt.

Caput, 3.um

Circa Unitatem individualem, et numericam opinandi modi referuntur.

1° Pater Suarez disputatione 1 de Eucharistia sectione 4. Pater Valentia tomo 4. disputatione 6. quæstione 1. puncto 4. dicunt non esse attendendam ad pluralitatem specierum Sacramentum, ut hoc Sacramentum numero multiplicetur: quia si Sacerdos sumit tres partes hostiæ separatas, non dicit recipere tria Sacramenta, sed unicum tantum, quandoquidem tres illæ partes habent unitatem quamdam moralem sufficientem, ut dicatur unicum tantum Sacramentum sumptum

Attendendum est ad pluralitatem sumentium, vel sumptionum. Hunc enim ita per incipiunt here distinctionem moralem sufficientem, ut resultet multiplex numero Sacramentum. 76

2° Vasq.

disp. 168. Cap. 2. quem sequuntur alii, indicat pluralitatem specierum sufficientem esse ad constituendum plura numero Sacramenta, et ab eodem simul sumantur: quia cum Sacramentum hoc per sumptionem non constituat, pluralitas sumptionum, vel sumentium non potest esse sufficiens ad distinguendum numero Sacramentum, cuius ratio videtur evidens: nam illud quod est extra constitutivum rei non potest quidem esse distinctivum eiusdem: cum sumptio sit extra constitutivum huius Sacramenti, ut ante bis ipsis dictum est, non potest esse distinctivum eiusdem; species autem sacramentales cum intrinsece constituant hoc Sacramentum, multiplicatis speciebus multiplicari numero Sacramenta necessarium est.

3° dicunt alii:

Plures hostias existentes in eodem altari esse unicum numero Sacramentum, sive sumantur a pluribus, sive sumantur ab uno. Sic communiter dicitur unicum Sacramentum esse in altari constitutum, et plures hostias asservent in altari. Sic etiam communiter dicitur Sacramentum Eucharisticum in singulari deferri ad infirmos, et plures hostias consecratas in eadem pyxide deferant. Ratio est, quia ut dicatur unum, vel plura Sacramenta debet attendi unitas, vel pluralitas moralis, quae ex prudentum iudicium pensanda est. Quando vero in eadem pyxide plures hostiae consecratae conservant, ratione illius communicationis habent unitatem moralem sufficientem, ut dicatur unum numero Sacramentum.

4° Card. de Lugo disp. 2. sect. 2.

asserit unicum non esse Sacramentum Eucharisticum ubique terrarum, et gentium, sive dentur plures hostiae consecratae in eodem, vel in diversis altaribus, sive unica tantum. Ratio huius est, quia concreta praecise multiplicantur, quando multiplicatur id, quod importat in recto, sed hoc Sacramentum est quoddam concretum, ergo ad multiplicationem illius debet multiplicari id, quod importat in recto in hoc Sacramento: scilicet corpus, et sanguis Christi Domini importantur in recto in hoc Sacramento, quia per Eucharistiam ex communi loquendi modum nil aliud significat, nisi Corpus, et Sanguis Christi Domini sub speciebus sacramentalibus, ergo et species multiplicentur dummodo non multiplicat

Corpus, et Sanguis, ut revera non multiplicat, nisi in resultat Sacramentum.

Tanta est discurrendi varietas circa presentem difficultatem, quae multum habet de nomine. Examinemus in presenti occasione Genius ultimus est quod afferat in recto, vel in obliquo Eucharisticum Sacramentum. Supponendum est 1°, rectum, et obliquum non dari a parte rei, quasi res distinctae non possint per unum praedicatum in recto, et alterum in obliquo significari. Res enim ita se habet a parte rei, et independenter ab explicatione intus, quod haec sint praecise denominationes provenientes a diversis actibus, conceptibus, vel vocibus explicantibus. Si conceptus vel actus explicet obiectum in nominativo dicitur afferri in recto; si vero illud explicet in alio casu a nominativo distincto, dicitur obiectum in obliquo importari.

Quotiescumque datur identitas inter praedicatum et subiectum, praedicatum illud comparatum ad subiectum affertur in recto; quotiescumque autem non datur identitas inter subiectum, et praedicatum non praedicabitur in recto de subiecto, sed in obliquo ut patet in hac praedicatione: Petrus est albus, in qua quia Petrus praecise identificatur cum homine albedine, non vero albedine habens importatur in recto albedo autem in obliquo.

Hinc nascitur, quod verba consecrationis communiter afferant in obliquo, ut sint praedicatum intrinsecum constituens denominationem signi, vel Sacramenti, quia si quis roget quid sit signum ad placitum significativum, vel Sacramentum; respondebit esse voluntatem impositam ad significandum Sacramentaliter, sed esse talem, vel talem entitatem impositam ad significandum virtute alicuius voluntatis; cum vero talis entitas, quae ad significandum sacraliter imponitur non identificet cum illa voluntate, vel verbis consecrationis, ideo non praedicant in recto, sed in obliquo.

His suppositis dico 1° cum Card. de Lugo. assignando species sacramentales afferri in recto: Corpus vero, et Sanguinem Christi Domini in obliquo, quando praedicant de Sacramento. Nam haec propositio iuxta communem loquendi modum vera est, Sacramentum Eucharisticum est species consecratas, sed per hoc praedicatum species consecratas afferunt in obliquo verba consecrationis, Corpus, et sanguis

... in recto: Corpus et Sanguis Xpti. Dni. in obliquo.

Dico 2: communiter etiam et frequentius ... prationem veram factam de Sacramento corpus, et sanguinem Xpti. Dni. afferri in recto. Species aut. Sacramentales in obliquo. Pt. nam haec est vera est: Sacramentum Eucharistiae est corpus, et Sanguis Xpti sub accidentibus existens. hanc deinde veritatem probant ... nec deerit Cardin. de Lugo loco citato.

Dico 3: quando requiruntur supra prata constitutiva Sacramenti secundum denominationem talis omnia illa prata ... numerata in recto debent afferri. Sicut enim interroganti quid sit homo, insufficienter ... dice ... homo est ma ... sic interroganti quid nam sit Sacramenti constitutivum ... adequatum denominationem talis insufficienter ... qui diceret Sacramentum Eucharistiae est species, ... corpus, et Sanguis Xpti, quia dicere debet hoc Sacramentum est species panis, et vini corpus, et Sanguine Xpti. Dni. et verba consecrationis. hanc veritatem intendunt ... qui ... species, corpus, et Sanguinem semper afferri in recto in hoc Sacramento.

Cap. 4 Sententia Nostra profertur = = = = = = = = = = = = =

Caput, 4.um

Sententia Nostra Profertur.

Dicendum ... quod quando plures ... consecratae in eadem pyxide conservantur dantur plura Sacramenta numerice distincta. Ratio est, quia tunc illae ... neque habent unionem physicam neque moralem. non habent unionem physicam, quia quantitates illarum ... ; non habent unionem moralem, quia ... plura signa significativa ad placitum divinum gratiae Sanctificantis: ... quotiescunque dantur plura signa ad placitum divinum, multiplex datur Sacramentum; ergo quando plures ... consecratae in eadem pyxide continentur, multiplex numero Sacramentum constituitur.

Dicendum deinde ... quod quando sumuntur simul ab ...

Plures Ns ̄ Dsecratæ Unicum suscipit Sacramentum Eucharisticum. Ratio ē, q̄ licet quælibet particula, t. Sra Dsecrata sit sufficiens, et adæquatum signum causativum, et significativum gratiæ sanctificantis. quando tamen omnes simul Diunguunt in ordine ad unam sumptionem, unicum resultat signum, et sacratum. q. ad unitatem sacramenti cuiuslibet sufficit unitas moralis inter mam, et fam; q. ratione unitatis moralis Dsurgentis ex illa sumptione n. incongrue dicet unum resultare sacratum.

Pbat. et explicat. his duobus exemplis, quæ desumunt ex na signi repræsentativi apte demonstrant naturam sacramenti, et signi ad placitum divinum significantis. 1. sit: si duo rami virides ponant ante tabernam vinariam unicum Dstituunt signum venditionis vini. et unusquisque seorsim, et divisive sumptus possit ēē sufficiens, et adæquatum signum talis venditionis.

2um exemplum sit. si duo vexilla alba appendant in turri, quæ solent ēē signum pacis, et amicitiæ unicum Dstituunt signum pacis; q. et quælibet Sra Dsecrata seorsim sumpta possit ēē sufficiens, et adæquatum sacratum, et signum: si tn omnes simul sumant unicum Dstituunt signum, et sacratum.

Infert 1. qd si plures sacerdotes Dsecrent eandem hostiam, multiplex n. resultat sacratum inadæquate, n. totaliter distinctum. Ratio ē: q. ut resultet totum totaliter, et adæquate ab alio distinctum necessum ē, qd omnes partes Dstituentes multiplicent: d. in hoc casu n. omnes partes Dstituentes multiplicant, s. solum verba Dsecratoria, quæ in ria sa sunt pars intrinseca, et essalis huius sacramenti; q. n. multiplicat sacratum totaliter, et adæquate d. ad summum partialiter, et inadæquate.

Infert 2., qd si sacratum, qd ab uno accipit postea sumat ab alio, unicum erit numero sacratum, q. tunc datur unum numero signum significativum, et causativum gratiæ sanctificantis. neque obstat duæ illæ sumptiones, ut unicum dicat sacratum, sicut neque obstarent duæ applicationes eiusdem ei physicæ, ut dicat unica ut optime observat P. Eriastillo. hæc tota doctrina tam facilis ē, et ex illa facile dissolvat quicquid

in contrarium opponi potest.

Ad tertium ... fundatum P. Vasq. quod licet sumptio non sit pravum intrinsece essentialiter constituens Sacratum in ratione talis, potest tamen ingenere moris facere quod Sacratum unum, vel plura numero dicantur; pluralitas enim, vel unitas moralis ex aliqua circumstantia accali desumi potest. sic voluntatis eiusdem objecti mali dicuntur unum, vel plura peccata per continuationem vel interruptionem moralem ita quod plures voluntates physice diversae tace circumstantiis accalis unum numero peccatum dici possint, ut diximus ... de peccatis disp. 10. ... fundatum ... dicimus propinquitatem precise in ordine ad locum non esse sufficientem, ut unicum numero Sacratum dicatur quid quod in contrarium velit communis loquendi modus de quo parum curandum est. Disp. 3. De Necessitate huius Sacramenti.

Cap. 1. Quid sit necessitas medij et precepti explicatur. = = = = = = = = =

Disputatio, 3,

De Necessitate, Huius Sacramenti.

Caput, 1.um

Quid sit necessitas Medij, et Precepti explicatur.

Duplicem necessitatem agnoscunt Theologi ad salutem consequendam variam: una est necessitas medij: altera est necessitas precepti. De necessitate medij egit D. Thom. 3 p. q. 73. de necessitate precepti q. 80. ... sequo Theologi omnes de huiusmodi necessitate communiter. Difficilis tamen est utriusque necessitatis explicatio. Ut dicere ... in varios dicendi modos Scholasticos ... Videndi sunt inter alios P. Suar. P. Vasq. P. Coninc. Card. de Lugo. P. Dicast. qui disputantes de Sacramento Baptismi, et Penitentie utramque necessitatem explicare intendunt.

Supponimus ...

Aliorum dicendi modis [illegible] necessitatis exercitatione dabimus. illud [illegible] dicitur necessarium

necessitate medij ad salutem, qd taliter e medium, ut sine illo n possit salus

obtineri. Sic gratia sanctificans e medium necessarium ad salutem, q sine gratia

iustificanti ad presentem saltem providentiam n potest salus, et eterna felicitas [illegible]

rari. Quo Sacramenta certum e inter omnes necessaria ee necessitate medij ad sa-

lutem comparandam. Primum e Sacramentum Baptismi, sine quo n remittitur peccatum or-

iginale, nec comparatur iustificatio, proindeq salus eterna n obtinetur. Alterum e Sacramentum

penitentie, q iis, qui post Baptismum in peccatum mortale lapsi ss.

Illud autem dicitur necessarium

necessitate precepti ad salutem, qd solum requiritur, ut vitet aliquod peccatum, qd e

impedimentum ad salutem. sic requiritur observatio preceptorum ieiunandi, audiendi

sacrum, abstinendi a lacticinijs diebus quadragesimalibus etc. in qq. cum

tota necessitas pendeat ex precepto, si hoc impleri n potest, l. p ignorantiam in-

vincibilem precepti, l. p oblivionem [illegible] impotentiam implendi, cessat obligatio, et sine illis

salus eterna comparari poterit. illa vero que necessaria ss. necessitate medij, si non

ponantur ex quocunq capite n ponantur, nequaquam salus comparabitur, q per hoc

medium, n vero p aliud, tenditur ad salutem.

Hinc nascitur aliud aptissimum discrimen

inter utramq necessitatem, qd illa, que ss. necessaria necessitate medij positive ex se

influunt in iustificationem, et salutem. Baptismus enim cum ex se sit remissivus

peccati originalis tribuit primam sanctificantem gratiam, et iustificationem peccatoris;

penitentie similiter sacramentum cum ex se sit remissivum actualium peccatorum mortalium

tribuit primam iustificationem, et salutem.

Reliqua vero que necessaria ss. necessitate

precepti solum habent ex se removere impedimentum ad salutem, hoc e, quod n

ponat novum peccatum mortale distinctum; qd si aliquando [illegible] hec opera,

q in gratia facta, afferre gratiam sanctificantem, n tamen afferunt primam

gratiam, l. iustificationem, sed solum augmentum gratie iustificantis, in quo maxime

etiam differunt a necessarijs necessitate medij, que ex se habent afferre

primam gratiam iustificantem.

Notandum est, Sacramentum Baptismi, et Poenitentiae necessaria esse necessitate medii ad salutem in re, vel in voto. infantibus quidem Baptismus re ipsa susceptus medium unicum, et necessarium est ad salutem. Adultis vero Sacramentum disiunctive sumptum in re, vel in voto, hoc est Baptismus re ipsa susceptus, vel votum, et desiderium perfectum Baptismi, qualiter in amore Dei super omnia continetur.

Ratio est, quia Deus instituit Sacramentum tamquam medium omnino necessarium ad salutem; ita tamen ut sufficeret Sacramentum ipsum susceptum, vel voluntas Sacramenti quasi vicaria, et supplens absentiam ipsius Sacramenti. nihil enim magis proportionatum ad supplendum pro aliquo opere externo, quam voluntas, et desiderium perfectum illius. haec autem voluntas, et desiderium in quo tamquam in voto Sacramentum ipsum includitur debet esse actus dilectionis Dei super omnia.

Hinc oritur difficultas; si Baptismus necessarius est in re, vel in voto necessitate medii ad salutem, quia contritio, seu actus dilectionis Dei super omnia includit votum implicitum Baptismi; in eodem etiam dici potest restitutione rei alienae, auditione sacri, abstinentiam a lacticiniis diebus quadragesimalibus necessaria esse necessitate medii, quia continetur in contritione, vel dilectione Dei super omnia.

Sicut enim, qui ignorat necessitatem Baptismi re ipsa suscipiendi habet in contritione votum implicitum Baptismi. quapropter contritio dicitur Baptismus in voto, quae, qui quidem est medium disiunctive saltem necessarium ad salutem; sic similiter, qui ignorans obligationem restituendi, et audiendi sacrum habet actum contritionis habet votum implicitum restituendi, et audiendi sacrum; cum contritio sit voluntas saltem virtualis servandi omnia mandata divina.

Quapropter sicut, quia Baptismus continetur implicite in contritione, dicitur contritio Sacramentum in voto, quod est medium sub disiunctione saltem necessarium ad salutem. sic similiter, quia restitutio rei alienae, et auditio sacri continetur implicite in contritione, dicitur contritio restitutio in voto

rei alienæ et audiendi sacri, proinde restitutio rei alienæ in voto, et auditio sacri erit medium necessarium ad salutem.

Resp. ad difficultatem: verum quidem esse contritionem esse votum saltem virtuale servandi omnia mandata divina, et consequenter esse votum restituendi, ieiunandi, et audiendi sacrum; nihilominus tamen diversimode contritio comparat ad baptismum ac comparat ad restitutionem, ieiunium, et auditionem sacri. Comparat ad baptismum tanquam ad aliquid tribuens primam iustificationem, et sanctitatem, et positive influens ex se in primam illam iustificationem, et gratiam remissivam originalis peccati; comparat autem ad reliqua præcepta tamquam ad aliquod præcisse, et ex se removens impedimentum ad salutem.

Hinc nascitur, quod contritio speciali titulo respicit baptismum, quam reliqua præcepta dicatur sacramentum in voto iustificans peccatorem, et ex hoc speciali titulo dicatur medium necessarium ad salutem, quod cum non sit in reliquis præceptis, contritio quatenus illa respicit sicut dicatur votum omnium præceptorum, non dicitur medium necessarium ad salutem. Cap. 2. Referuntur sententiæ, et supponuntur aliqua. = = = = = = = = = = = = =

Caput, 2um.

Referuntur Sententiæ, et Supponuntur aliqua.

Prima sententia fuit aliquorum hereticorum asserentium Eucharistiam in re susceptam esse medium necessarium ad salutem tam parvulis, quam adultis, ut refert Waldensis tom. 2. Cap. 91. ex quo videtur ortus abusus dandi Eucharistiam hominibus iam defunctis, qui damnatur in Concilio Cartaginensi 3. Cap. 6.

Secunda sententia defendit tam parvulis, quam adultis Eucharistiam non esse necessariam necessitate medii in re susceptam, sed necessariam esse necessitate medii saltem in voto. Hoc votum habere potest adultus immediate per se ipsum, cum quibus rationis usus incipere possit desiderium Eucharistiam accipiendi: votum vero parvuli in baptismo ipso suscepto continetur. ita docere videtur D. Thom.

Questione 73. Artic. 3. P. Granado Controversia 6. de Eucharistia disp. 7. P. Valentia disp. 6. q. 1. puncto. 5. 20

Tertia Sa tenet Eucharistiam non esse medium necessarium ad salutem in re, vel in Voto parvulis baptizatis, qui nullo alio indigent Sacramento, nec Voto ad salutem consequendam prreter Baptismum iam susceptum; sed adultis non esse medium necessarium ad salutem. hanc sam significant Cajet. q. 73. artic. 3. Sot. in 4. dist. 8. q. 1. artic. 3. fabere videtur D. Thom. q. 80. artic. 11.

Quarta Sa communior, et verior docet quidem Eucharistiam necessitate precepti; necessitate autem medii non esse parvulis, nec adultis esse necessarium in re, vel in Voto. ita Cajet. ad artic. 3. S. Thomæ iam citatum. Paludanus in 4. dist. 9. q. 1. Durand. q. 2. Gabriel. q. 2. Artic. 2. P. Suar. disp. 40 sect. 1. et 2. P. Vasq. disp. 169. P. Valentia et alij quam plures.

Supponendum est 1.° Eucharistiæ sumptionem, et institutionem fuisse utilissimam ad perseverandum in gratia. P. Conimb. et Suar. afirmant esse moraliter necessariam; quamquam si necessitas congruentia, et utilitate accipiatur dicendum est Eucharistiam esse necessariam saltem ad diuturnam perseverantiam in gratia et consequenter ad salutem comparandam. Hic autem non controvertimus difficultatem sumpta necessitate congruentia, quia solum rogamus utrum absolute, et simpliciter Eucharistia sit medium necessarium ad salutem, quia sine illa non possit salus obtineri.

Supponendum est 2.°

Eucharistiam adultis saltem necessariam esse necessitate precepti. Ratio facilis est, quia datur preceptum adultis accipiendi Eucharistiam sive divinum, sive Ecclesiasticum: quod quotiescumque aliquid intimatur sub aliquo precepto necessarium censetur necessitate precepti. Ergo Eucharistia necessaria est necessitate precepti: quod si contingat simul esse medium necessarium absolute, et simpliciter ad salutem participabit utramque necessitatem, ut reuera participant Sacramenta Baptismi, et Pœnitentiæ, in quibus de facto concurrunt hec duo, quod sint medium necessarium ad salutem, et quod precepto positivo intimentur. Consulto dixi adultis necessariam esse necessitate precepti, quia

Pueris n. ē naria Necessitate præcepti, quando quidē pueri ut pote V̄sus V̄su carentes sunt incapaces præcepti.

Supponendum ē 3.º Parvuli ante usum V̄ois n. ēē nariam Eucharistiā in re susceptā ad salutē, qui p. solū Baptismi Sacratū salutē æternam adipiscuntur: definit hæc Veritas in florentino in decreto de Sacramentis et in Tridentino Sess. 21. Cap. 4. p. hæc Verba: Parvulos usu Rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacralē Eucharistiæ Communionem. Ubi notandū cum illa Verba nulla obligari necessitate · in qq. saltem indicat parvulos [illegible] tatē æterni posse, et, Eucharistia reipsa n. suscepissent: quapp Eucharistia in re susceptā n. ē illis mediū narium ad salutem.

Supp.dum ē 4.º, qd si Eucharistia naria sit Adultis ad Salutem sufficiet in re, l. in Voto ad salutem Dsequendam. Ratio ē; q. illa, quæ naria ss. necessitate medij ad salutē sufficiunt in re, l. in Voto ad salutem Dsequendā a adultis, qui ēcipere possunt decidērium perfectū talis medij si reipsa medium ipsium ponere n. possunt, ut Dtingit in sacrato Baptismi, et Pœnitentiæ, ut iam dictum ē cap. 1. Sed si Eucharistia ē mediū narium ad salutē, ipsa in re susceptā, l. decidērium perfectum illius, in quo tanquā in Voto Dtinet, disiunctive erit medium nariū ad obtinendā salutem. Cap. 3. Eucharistia nullo modo naria ē Necessitate medij ad salutem. = = :

Caput, 3.um

Eucharistia nullo modo necessaria est necessitate medij ad Salutem.

Potissimū fundatum huiusmodi Veritatis ē: Si Eucharistia eet mediū narium ad Salutem maxē, q. eet mediū narium ad primam sanctitatē, et iustificationē peccatoris, l. q. eet Medium narium ad perseverandum in gratia: S. ex neutro Cap. Eucharistia dici potest medium narium ad Salutem; Ergo Eucharistia n. ē medium necessarium ad Salutē. Probat. minor

Quo ad primam, ut Eucharistia sit medium necessarium ad primam sanctitatem, et iustificationem peccatoris in re requirit, quod ipsa suscepta ex se habeat afferre primam sanctitatem et iustificationem peccatoris. Rursus. Ut sit in Voto necessaria, non solum requirit, quod ipsius Votum in [illegible] habeat afferre primam sanctitatem, et iustificationem peccatoris, sed etiam requirit quod ex se ipsa et positiue influat in primam sanctitatem, et iustificationem peccatoris: sed Eucharistia hoc non habet, ut euidentissimum est; ergo neque ipsa in re, neque Votum illius est medium necessarium ad salutem.

Ad intelligentiam huius rationis obseruandum est [illegible] quidem afferre primam gratiam, et sanctitatem, siue formaliter, siue dispositiue (de quo in praesenti non curo) et esse Votum omnium mandatorum, siue implicitum, siue explicitum; quare [illegible] est Votum Baptismi, si hic non sit positus, afferendi, audiendi Sacrum, accipiendi Eucharistiam etc. Et [illegible] potest appellari Baptismus in Voto, Paenitentia in Voto, Auditio Sacri in Voto, Eucharistiae Sumptio in Voto. Attendimus autem, quod quatenus dicitur Eucharistia in Voto non est medium necessarium ad salutem, quia si re ipsa Eucharistia susciperet, non afferret ex se primam gratiam, et sanctitatem, quod non habent Baptismus, et Paenitentia.

Dices. Eucharistia aliquando affert primam gratiam iustificantem, et ex se et positiue influit in iustificationem peccatoris; sed nil aliud requiritur, ut aliquid sit medium necessarium ad salutem; ergo Eucharistia est medium necessarium ad salutem. Respondetur 1°. plurimos negare negare Eucharistiae hunc effectum afferendi primam gratiam iustificantem, de quo postea iudicium feremus. Respondetur 2°. quod si aliquando [illegible] sat hic effectus, hoc esse per accidens non autem per se ex institutione huius Sacramenti, cum sit Sacramentum Viuorum, non autem Mortuorum. illud vero quod necessarium necessitate medii debet ex se, et positiue influere in primam iustificationem.

Deinde probatur 2.a pars illius [illegible] [illegible], Eucharistiam [illegible], non requiri ad perseuerandum in gratia. 1°. quia si hic esset effectus Eucharistiae, homo, qui digne susceperit Eucharistiam infallibiliter perseueraret in gratia, cum effectus Sacramentorum infallibiles sint Sacramentis digne susceptis eo modo, quo causantur a Sacramentis: hoc autem non est dicendum,

Cum possit homo, qui digne suscipit Eucharistiam, peccare, et damnari. 2.° quia auxilia collata intuitu Baptismi, et Poenitentiae, potest homo perseverare in gratia. Quod si pluries repetat poenitentiam maiora, et maiora auxilia comparabit. 3.° quia Spiritus Sanctus contingit, quod antequam quis accipiat Eucharistiam re ipsa salutem aeternam consequatur, et consequenter habeat perseverantiam finalem in gratia. 4.° quia cum auxiliis ordinariis, et sufficientibus communiter a Deo oblatis omnibus hominibus potest homo pro non peccare, et conservare gratiam iustificantem etiam per longum tempus; ergo Eucharistia non est medium simpliciter necessarium ad perseverandum in gratia.

Dices. intuitu Eucharistiae conferunt homini auxilia uberiora, quibus possit in gratia, multum tempus perseverare, et quibus facillime possit vincere tentationes occurrentes. Unde communiter dicitur Eucharistia preservare a peccatis; cum ergo illa auxilia intuitu Eucharistiae collata positive conducant ad salutem, Eucharistia iam in re suscepta, vel votum illius erit medium simpliciter necessarium ad salutem.

Respondetur. Verum quidem esse intuitu Eucharistiae conferri excessum illum, et superabundantiam auxiliorum, quibus homo per longum tempus perseverare possit in gratia, et salutem aeternam consequi. Indicamus tamen huiusmodi excessum auxiliorum non esse absolute, et simpliciter necessarium ad salutem, sed ad summum ad facilius vincendas tentationes, et consequendam salutem, cum auxilia illa, quae conferunt intuitu Baptismi, Poenitentiae, et gratiae iustificantis sufficientissima sint ad hunc effectum. Tunc autem unum medium non est simpliciter necessarium ad finem, quando per aliud potest finis obtineri.

Secundum fundamentum huius veritatis est: hoc Sacramentum non habet ex divina institutione esse medium simpliciter necessarium ad salutem; ergo non est medium simpliciter necessarium ad salutem. Consequentia patet: quia nihil potest esse medium simpliciter necessarium ad hunc excellentissimum finem nisi ex divina ordinatione habuerit esse institutum ad illum finem. Antecedens probatur 1.° quia hoc Sacramentum ex divina institutione est Sacramentum vivorum, non autem mortuorum; supponit ergo vitam, et quidquid requiritur ad salutem. 2.° quia institutum est per modum alimenti nutrientis spiritualiter

Homini; d. alimentu Corporale nario Supponit Vita corporale; Spirituale nario Supponit Vitam Spiritualem; quae quidem sufficit ad salutem aeternam comparandam = Caput. 4. Argumenta diluuntur. 22

Caput, 4.um

Argumenta diluuntur.

1.o obijcit. Baptismus requiritur saltem in voto pro Adultis necessitate medij ad salutem, quia sic fuit institutum ut medium ad salutem, ut exprimit illis Verbis Joannis 3.o: _nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Dei._ d. similiter Eucharistiam fuisse institutam ut medium narium ad salutem exprimit illis Verbis Joannis 6. _nisi manducaveritis carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinem non habebitis Vitam in Vobis._ in quibus Verbis tantum Necessitatis ad salutem arguit in Eucharistia quantum arguit in Baptismo; Utrumque Sacramentum narium est Necessitate medij ad Salutem.

Resp. 1.o quod si hoc argumentum aliquid probat, non solum probat necessitatem Eucharistiae sub Unica, d. Sub Utraque specie ad Salutem, cum indifferenter Christus Dominus loquatur de Utraque specie: hoc autem non est dicendum inter catholicos cum Eucharistiae sacratum sub Utraque specie non sit simpliciter narium ad salutem; nihil conuincit ex hoc arguto contra doctrinam Statutam.

Resp. 2.o Christum Dominum instituentem Sacramentum Baptismi instituisse illud per modum regenerationis Spiritualis. _nisi quis renatus fuerit etc._ at generatio nalis naria est simpliciter ad Vitam corporalem, sic regeneratio spiritualis absolute, et Simpliciter naria est ad Vitam spiritualem; quapropter ex illis Verbis clarissime colligitur necessitas Baptismi absolute, et simpliciter ad salutem. Eucharistia Vero cum sit instituta per modum alimenti, _nisi manducaveritis etc._ non est absolute et Simpliciter ad Vitam Spiritualem Necessaria; alimentum enim supponit iam Vitam Spiritualem.

Rtur 3°, qd A. Xptus Dnus dixit nisi manducaveritis carnem filij hominis etc. Similiter dixit nisi efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum Celorum: D. ex his ultimis verbis non colligit humilitatem necessariam esse necessitate medij ad salutem, et neque ex illis primis colligit Eucharistiam necessariam esse necessitate medij ad salutem. Illis enim per haec verba praecepti necessitas declarat, hoc est, non habebitis vitam nisi communicando de quo praeceptum est impositum. Omitto explicationem plurium Ecclesiae Patrum, quia haec sufficiunt ad solutionem huius argumenti.

Obijcit 2°: Sacratum Eucharistiae est cibus spiritualis animarum, ut supra dictum est, et alimentum corporale est cibus corporum mortalis; D. cibus mortalis susceptus statutis temporibus est medium simpliciter necessarium ad conservandam vitam corporalem; D. spiritualis hic cibus, seu alimentum est medium simpliciter necessarium ad conservandam vitam spiritualem. Confirmat, et ad accipiendam primam vitam, vel spiritualem, vel corporalem non sit necessarium alimentum, ad conservandam primam vitam per generationem susceptam, praesertim per longum tempus alimentum est necessarium absolute, et simpliciter; D. et Eucharistia non sit simpliciter necessaria ad primam vitam spiritualem accipiendam, simpliciter tamen erit necessaria ad conservandam primam illam vitam praesertim per longum tempus.

Rtur. Concedendo maiorem et minorem neg. consequentiam. Ratio disparitatis est, quia alimentum corporale ad conservandam vitam corporalem praesertim per longum tempus nulla ratione suppleri potest: hoc autem alimentum spirituale ad conservandam vitam spiritualem potest alijs modis suppleri, quod quidem cum auxilijs ordinarijs, et sufficientibus potest homo etiam per longum tempus vitam spiritualem continuare; cum auxilijs deinde intuitu Baptismi, et Poenitentiae potest similiter in gratia perseverare: quamvis et Eucharistia sit alimentum spirituale, et cibus corporalis est alimentum corporale, unum tamen simpliciter est necessarium ad continuandam vitam; aliud vero non. Idem pt. ad confirmationem.

Obijcit 3°: Votum implicitum sumendi Eucharistiam, quod in contritione continetur est medium simpliciter necessarium ad iustificationem

Hominis adulti institutione salt.; et Eucharistia in voto necessaria erit necessitate medij ad salutem.

Resp. 1º hoc argumentum probare reliqua similia precepta necessaria necessitate medij ad salutem, quia sicut illorum votum implicitum, quod in contritione includitur, iustificat hominem peccatorem, transfert que illum de statu peccati in statum primae iustificationis. Resp. 2º contritionem, et in voto accipiendi Eucharistiam, et servandi reliqua mandata diversimode tamen comparari ad preceptum Eucharistiae, et reliqua precepta, ac comparatur ad Baptismum, et poenitentiam: ad haec enim comparatur tanquam ad aliquid positive, et ex se influens in salutem conferendo primam gratiam, et amicitiam: ad reliqua vero comparatur tanquam ad aliquid non influens per se, et positive in salutem, scilicet conferens primam gratiam, et amicitiam ut iam diximus.

Obiicit 4º huic Sacramento tribuitur resurrectio gloriosa corporum ex illis verbis Christi Domini. Et ego resuscitabo eum in novissimo die, quae textus plurimi Ecclesiae Patres explicant de necessitate medij huius sacramenti ad resurrectionem gloriosam corporum, et etiam ad beatitudinem, et felicitatem aeternam, ergo hoc sacramentum est simpliciter necessarium.

Resp. 1º infantes habituros resurrectionem gloriosam corporum, quamvis non susceperint Eucharistiam, nec habuerint votum illius. Resp. 2º homines habituros immortalitatem, et resurrectionem gloriosam corporum, si decedant in gratia iustificantis; hanc autem gratiam finalem consequi possunt, vel cum auxiliis ordinariis collatis, vel cum auxiliis collatis intuitu Baptismi, et poenitentiae, quapropter ad resurrectionem gloriosam, et immortalem corporis non est medium simpliciter necessarium Eucharistia. Fatemur tamen facilius, et commodius fieri posse, quam per auxilia in hoc Sacramento collata. Dico. Ex quo solum deducitur necessitas moralis huius Sacramenti ad hunc effectum, non autem necessitas absoluta, et simpliciter talis. Ecclesiae Patres per citatum locum explicantes intelligendi sunt de hac morali necessitate. = Disputatio. 4. De Materia huius Sacramenti. = Caput. 1. Materia proxima, et remota huius Sacramenti explicatur.

Disputatio, 4.a

De Materia huius Sacramenti.

Caput, 1.um

Materia Proxima, et Remota Huius Sacramenti explicatur.

Per materiam proximam intelligimus id, quod cum se habeat instar subiecti constituit intrinsece sacramentum ipsum. Per materiam vero remotam intelligimus formam ipsam, ex qua sacramentum ipsum resultat, tamquam ex toto a quo desumitur, quin sit pars intrinsece constitutiva sacramenti. Circa materiam proximam, et constitutivam huius sacramenti, dicendum iudico esse species sacras, quae detinent post verba consecrationis tamquam per gratiam ad significandum Christum Dominum sub illis existentem: Autem complexum illud ex speciebus sacratis, et Christo. Quod se habet tamquam materia proxima in significationis gratiae sanctificantis nutrimentalis.

Circa vero dispositionem ad materiam remotam dubitat. Certum est, apud Catholicos veritatem, panem esse, et vinum esse materiam omnino necessariam huius sacramenti; panem inquam, qui communiter, et vulgariter talis dicitur, et vinum absolute, et simpliciter tale. Hoc clarius constat ex Concilio Lateranensi Cap. 2. ex Concilio Carthaginensi 3. Cap. 24. ex Concilio Florentino in decreto fidei. ex Tridentino Sess. 13. Cap. 4. ex pluribusque aliis Conciliis, quae videri possunt apud P. Suar. disp. 45.

Sed quia haec vox *frumentum* latine quidquid significat, quam haec vox *triticum*, videndum est, an panis requisitus ad consecrationem corporis debeat ex tritico vario confici, vel sufficiat ex quocumque alio frumenti genere. Affirmative sequuntur Gabriel in 4. dist. 11. q. 2. articulo 2o Caietanus 3 p. ad q. 74. articulo 3. sed post Romanam editionem expunctum fuerit nomen Caietani placitum. Sequuntur eandem sententiam Doctores alii ex antiquioribus.

Sententia negativa amplectenda indubitata judico

1° Decretum Concilij (Tridentini) Florentini statuentis esse materiam Eucharistiæ materiam ex pane triticeo, et vinum de vite. in quibus verbis apte Concilium definivit materiam ordinariam huius Sacramenti pro consecratione corporis esse panem non ex quibuscumque seminibus, sed ex granis tritici vere, et pariter calicis Concilium, et materia pro consecratione calicis Vinum de Vite ex uvis expressum; quare miror ad aliquos, qui post Concilium Florentinum scripsere non ita constanter adhæsisse huic veritati.

Ratio Doctrinæ

huius desumitur ex voluntate Christi Domini sic instituentis Eucharistiæ Sacramentum. cum enim bonitas Sacramentorum dependeat ex voluntate Christi Domini dicendum materiam omnino necessariam huius Sacramenti esse panem pro consecratione corporis, qui communiter talis dicitur ex farina tritici, et aqua naturali confectum, et pro consecratione calicis vinum de vite ut in sacra pagina repetitur, Accepit Jesus panem gratias egit etc. postquam vero calicem sacravit dixit: non bibam amodo de hoc genimine vitis.

Hinc colligitur 1°. Panem illum, qui ex aliquo genere grani conficitur, qui non sit triticum, ut ex fabis, castaneis, vel ex alijs arborum fructibus non esse materiam sufficientem huius Sacramenti. Colligitur 2°. panem factum ex granis, de quo certum est non esse triticum, certum etiam esse non esse materiam sufficientem huius Sacramenti. Si vero dubium fuerit an sit triticum, dubium similiter erit Sacramentum ipsum, quia cum Sacramenti valor dependeat a valore materiæ non potest plus dicere Sacramenti valor, quam contulerit materiæ valor. Cap. 4. De materia panis dubijs aliquibus Resolvitur.

Caput, 2um,

Circa Materiam Panis dubijs Aliquibus Resolvitur.

1° dubitatur an massa frixa oleo, vel butyro, vel melle sit materia sufficiens huius Sacramenti? Resolvitur non esse materiam sufficientem, quia licet massa illa sit ex tritico, panis tamen absolute, et simpliciter vocatus, qui requiritur tanquam materia huius Sacramenti petit coctionem quandam

Cum sufficiente sufficit pani absolute, et simpliciter ... quamquam ... illo, butyro, ... melle ... permixtum placenta ... , ... panis ... in pane illo decocto miscuerit aliquid sacari in parva quantitate, ma est sufficiens, non tamen licita huius Sacramenti.

2° dubitabis: an panis, qui ... conficitur ... aqua rosacea sit sufficiens huius Sacramenti ma? Respondetur 1°. ... Romanum titulo de defectibus ... , quod si panis sit confectus aqua rosacea ... ... consecrat Sacerdos. ... 2° absolute, et simpliciter non esse materiam sufficientem ... panis absolute, et simpliciter naturalis aqua ... subijcit, si tamen ille ... in tam modica quantitate misceret, ut fere nil retineret saporis, panis ille est ma sufficiens, non ... licita Sacramenti. ... haec est ... Cajetanus q. 74. artic. ... sufficiens quamvis aquam ... . tamen tenendum est cum D. Thom. artic.).

3° dubitabis: An panis confectus ex amydo (hispanice almidon) sit ma apta consecrationis. Affirmat alios. ... panis ... placere ... opposita ... et negativam tenendam esse cum D. Thom. artic. 3. ad 4. et pluribus alijs ... ratio est, quia hic non est panis absolute, et simpliciter naturalis, cum hic ... fiat ex tritico per diuturnam madefactionem corruptio, ... amydum.

4° dubitabis, quid si frustum panis madefiat, et digitis compressum reducat ad massam? ... certum esse massam crudam non esse huius Sacrati ma; frustum tamen illud panis digitis compressum, madefactum, et ad ... reductum materiam esse sufficientem quia nondum amisit coctionem ad panem naturalem requisitam.

5° dubitabis: quid ... dicendum de siligine? Respondetur quod si haec vox significet, ut revera significat apud D. Isidorum lib. 17 Ethimologiarum cap. 3. triticum illud praestantissimum, quod apud hispanos dicitur Candial materiam esse sufficientissimam huius Sacramenti. S. Thomas per siliginem non intelligit triticum illud praestantissimum, et laudatissimum, sed aliud genus imperfectius quod ad hispanam vocem ... potest interpretari ... quod existimat S. Thom. ... esse insufficientem.

Negativa Sequunt Vasquez, et plures alij. 25

Suar. asserat esse ma valde dubiam. Hinc sequit pluribus displicere vocem S. Thomae asserentis, quod quidquid generat ex tritico materia sufficiens est huius Sacramenti. quapropter et si tantum generet ex tritico non sequit esse materiam certam huius Sacramenti, cum plura generent ex tritico, quae certo constat non esse huius Sacramenti materiam.

6. Dubitabis. quid sit dicendum de Spelta?

si haec vox significet frumentum hordeaceum, quod hyspani appellant Escandia certum est non esse materiam huius Sacramenti. si vero haec vox significet speciem quandam tritici praesertim in Gallia ortum, sufficiens erit consecrationi materia. Similiter discurrendum de farre, si far, significat speciem quandam tritici, quae apud hispanos dicitur Scandia sive aliqua tritici species subministrare potest materiam idoneam ad consecrationem. si significet granum quoddam nulla tunica contectum, quod Editanis dicitur farro, hoc non subministrat panem sufficientem ad consecrationem. si vero significet quoddam alimentum confectum ex hordeo, quod etiam ab hyspanis dicitur farro certum est non esse sufficientem materiam consecrationis.

Unde constat solum triticum vere, et proprie tale, et panem absolute, et simpliciter usualem cum omnibus requisitis, et conditionibus facientibus illum panem absolute, et simpliciter usualem esse materiam huius Sacramenti: quapropter tota controversia est has, et similes voces explicare, quod per illas diversa grana significent apud hispanos; quod si solum constet certo triticum significari, certum similiter debet esse ex tali grano confici materiam idoneam consecrationi, et ideo ad rem significatam, potius quam ad voces significantes attendendum est.

7. Dubitabis quid sit sentiendum de pane azimo, et fermentato. Respondeo. duplicem esse hoc errorem invenire. primus est aliquorum graecorum asserentium consecrationem non esse validam, nisi in pane fermentato. 2.us fuit Armenorum affirmantium consecrationem corporis non esse validam nisi fiat in azimo. Contra hos errores docet Catholica veritas, tam azimum quam fermentatum panem sufficientem esse materiam huius Sacramenti. Constat haec veritas tum ex pluribus Ecclesiis, tum ex autoritate Concilij Florentini. Probatur de pane fermentato. Christus Dominus instituit sacramentum sui corporis sub speciebus

Panis, absolute, et simpliciter usualis: d. panis usualis e absolute, et simpliciter [illegible] lis; g etc.

Probat deinde de Azimo. panis ille sufficiens e ad Dsecrationem, quam Xptus. Dnus. assumpsit in ma Dsecrationis, d. Xptus. D. assumpsit tanquam mam Dse crandz panz azimum; qd de die azimorz. Ut testant Euangelistz panz, et vinum Dse crauit, in quo tempore n licebat Judeis pane fermentato uti; g panis azimus sufficiens e Dsecrationis ma. Hinc sequit laudabiliorz ee usum Ecclesiz Latinz substituentis p ma Dsecrationis panz azimz, potius quam fermentatz, qm Xptus. D. et Apostoli in hoc pane Dsecrauerunt.

Cuz Utergz panis sit sufficiens ad Dsecrationz licitz e tam greco, quz Latino Sacerdoti ritz Ecclesiz sue seruare, nec solum potest, d. etiam tenet ratione precepti in utraq Ecclesia vigentis taliter Dsecrandi, et quamvis n daret preceptum posi tivz, ratione tamz Dsuetudinis obligantis sub peccato tenerent. post Dcilz autem Florentinz n potest dubitari de precepto Dficiendi sacratz unicuiz imposito a sue Ecclesiz, siue Orientalis, siue occidentalis Dsuetudine. Cap. 3. ee ma Vini notationes aliquz.

Caput, 3um

Circa Materiam Vini Notationes aliquz.

Jam statuimus mam p. Dsecratione calicis ee Vinum de Vite, qd definitum e in pluribus Dcilijs Dhereticos aliquos, qui dixerunt sola aquam ee mam sufficientem p Dsecratione Calicis. Rao potissa et primaria desumit ex Voluntate Xpti. Dni. sic instituentis Sacratz sui sanguinis. Cuz Enim ipse Omnio fuerit liberum eligere hanc potius maz, quaz aliz, determinauit hanc, n aliam: g tamz occurrunt aliquz difficultates, notationes aliquz subijciendz quz facile dissoluant.

1o Notandum e, qd tunc Vinum de Vite, siue album, siue nigrz siue rubrz, hispanice blanco, tinto, aloge, sufficiens ee mam Dsecrationis. Ubi Obseruandz e grauissimz Dmitti peccatz si n eligat Vinum purissimz, tum qd

Reuerentia debita tanto Sacramento, tum quia potest admisceri materia aliqua, quae non conuertatur in sanguinem Xpti. Dni. 26

2º Notandum est, quoscunque liquores ex quocunque fructibus, vel frugibus deceptos, et aliqualiter imitentur Vinum non esse materiam pro Sacrato sanguinis, quia ad id, quod non est Vinum de Vite non est huius Sacrati materia. cum hoc tamen stat, quod Vinum miraculose factum possit consecrari, quia licet non sit de Vite, eiusdem tamen rationis est cum illo. Requirit enim quod Vinum sit de Vite productum, vel quod sit eiusdem cum illo, licet a Vite non producatur.

3º Notandum est autem non esse materiam huius Sacramenti. Ratio est, quia non est Vinum, licet ex Vino fiat. Sicut enim plura generantur ex Tritico, quae non sunt materia Sacramenti corporis, sic plura fiunt ex Vino, quae non sunt materia Sacrati Sanguinis. Vinum tamen fugiens, et acescere incipiens materia sufficiens est, quia adhuc absolute, et simpliciter est Vinum. Quod tandem rocin mulsum, quod hispani nuncupamus Arrope non est materia sufficiens. Similiter Agua Vita, quae hispanis dicitur Agua Ardiente non est materia Consecrationis.

4º Notandum est, Loram, siue Vinum aquinatum hispanice aguapie non esse materiam sufficientem, quia magna quantitas aquae iniecta in Vacemos iam expressos corrumpit subito Vini. Secus autem dicendum esset, si parba quantitas aquae in magnam Vini copiam iniiceret. Similiter Omphatium hispanice Agras non est materia pro consecrando calice quia nondum est Vinum. Similiter Vinum aromaticum, quod hypocras vulgo nuncupatur materia non copia exsiccari, et aromatibus conditum, non est materia sufficiens, quia per nimiam coctionem et condimentorum copiam fit crassum; proindeque non retinuit Vinale.

5º Notandum est, Sapam, siue defratum, quod appellatur ab Arabibus Vinum passum si sit Sucus ex Vuis valde passis, non esse materiam sufficientem propter magnam aquae copiam, qua Succus ille extorquendus est. Contrarium tamen sentit [illegible] Amicus, indico tamen mentem huius autoris esse, quod si Vuae non sint valde passae praebere Vinum praestantissimum quidem, et sufficientissimum ad Consecrationem in quo non discentimus. Videatur P. Henao disp. 4. Sect. 1. Ex hac doctrina deducitur Vinum illud, quod apud nos Bastardo nuncupatur, qualiter apud nos conficitur sufficientem esse materiam.

6.° Notandum est, Mustum recenter ex ubis expressum sufficientem esse materiam, quia Mustum, et recenter ex ubis expressum communiter appelat Vinum; Mustum vero in ubis inclusum materia non est sufficiens, et valida. Et aliqui quos sequitur Card. de Lugo hanc reddunt disparitatis rationem, quia succus ille in ubis inclusus demonstrabilis non est per vocem consecrativam Hic. inefficacem iudico huiusmodi rationem, quia Vinum intra vasum inclusum demonstrari potest per vocem consecrativam hic; ergo Mustum in ubis inclusum demonstrari poterit per eandem vocem consecrativam.

Propterea insistendum est rationi P. Vasq. Mustum enim in ubis inclusum absolute, et simpliciter cibus est; Mustum enim ex ubis expressum potus est; ergo Mustum ex ubis expressum potest valide consecrari, non vero mustum in ubis absconditum. Patet ex communi sentiendi modo. Si sumatur mustum in ubis inclusum in dieiunii, procul dubio frangit ieiunium; si vero sumatur mustum ex ubis expressum non frangit ieiunium, quod signum evidentissimum est primum esse cibum ex communi sentiendi modo, alterum autem esse potum. Observandum est non licere assumere Mustum in materiam consecrationis, nisi urgente necessitate.

Dices. Resolutionem statutam, Mustum recenter expressum petere coctionem sufficientem, ut attingat statum perfecti Vini sicut et massa cruda petens similem coctionem sufficientem, ut attingat statum perfecti panis; sed massa cruda ex defectu coctionis sufficientis non est materia sacrati corporis; ergo neque Mustum non coctum materia erit Sacramenti sanguinis.

Respondetur. Per coctionem sufficientem, qui materia necessaria est sacrati corporis; Mustum vero ante coctionem absolute, et simpliciter esse Vinum. Hinc est, quod massa cruda excludat a materia Sacramenti; non vero excludat Mustum non coctum.

7. Notandum est, Vinum congelatum esse sufficientem materiam, quia et congelatum ex natura sua potus est, et consequenter nihil quid quod requirit ad consecrationem sanguinis. dubitant aliqui de hac resolutione, veritamen vera si iudicium prudentum attendamus. Vinum illud congelatum servat potum, cuius signum evidentissimum est, quod si Vinum illud devoret, non frangit ieiunium ecclesiasticum. Frangeret autem si cibus

est. Praeterquamquod absolute, et simpliciter potari potest lambendo, vel suggendo, vel calore oris 27
dissolvendo.

Obijcit tamen: mustum in Vvis inclusum eadem ratione se habet, sicut Vinum congelatum, quandoquidem lambendo, vel suggendo potest esse potabile; sed Mustum in Vvis inclusum non est materia apta consecrationi, ergo neque Vinum congelatum potest esse materia apta consecrationi.

Respondetur rectorem negotium esse prudentum iudicium pensandum esse. Prudentes autem iudicant, quod quicquid includit in Vva dum includit cibus est, cuius indicium est praxis ieiunii Ecclesiastici. hoc vero non contingit in Vino illo congelato. Vbi observanda sunt duo, primum est, quod si Vinum ita fortiter congelet, ut aqua congelat in christallum, non sit materia sufficiens. 2um est, quod si Vinum in missa ante consecrationem et post oblationem congelet, aliud de novo infundendum est ad offerendum, et consecrandum. Cap. 4. Vtrum materia consecranda debeat esse praesens sacerdoti?

Caput, 4um

Vtrum Materia Consecranda debeat esse Sacerdoti praesens.?

Asserendum primo materiam consecrandam debere esse praesentem consecranti. Ratio est quia pronomina illa demonstrativa hoc, et hic in consecratione utriusque materiae usurpanda significant praesentiam localem; at si non daretur praesentia localis materiae non significabunt cum veritate qualiter requiritur ad efficiendum sacratum Eucharisticum.

Sufficit vero ad hanc praesentiam quod iuxta prudentum iudicium materia sit praesens, quia moralis haec praesentia, quae convincit talis ex iudicio prudentum sufficiens est ut verificentur particulae illae demonstrativae. cum enim Sacramenta sint quid morale, non est mirum, quod petant praesentiam praecisse moralem, ut ipsa Sacramenta verificentur.

Observandum est 1o non quamcunque moralem praesentiam sufficientem esse cum communiter loquamur de homine, qui paulo ante existit ante oculos dicendo hic est homo sapiens. tunc enim pronomen hic ut

Demonstrative verificat de quadam presentia morali vase cuius homo, qui fuit positus ante oculos per [illegible] eiusdem temporis dicit moraliter presens cum tamen a posita inmitte ante existente ante oculos, nunc vero destructa, et iam non existente proferre possimus verba consecrationis. Requirit ergo presentia magis stricta, quae naria est exa physicam quae ex prudentum iudicio sit presens Sacerdoti consecraturo.

Observandum est 2° non sufficere presentiam pure intellectualem. Communiter enim dialectice loquendo applicamus pronomen hic et hoc rebus non existentibus, vel etiam impossibilibus, quas tamen mente dirigimus. Requirit enim presentia sensibilis moralis et physica, quae proprie significet illas particulas independenter a gestibus nutibus, vel alijs quibuscumque circumstantijs extrinsecis.

Observandum est 3° falsos esse qui dicunt, materiam consecrandam debere manu tangi, vel alio quocumque sensu percipi; sed sufficit id est, quod debeat esse exposita sensibus ex prudentum iudicio, [illegible] quod actualiter sensibus percipiatur. Illud requirit non [illegible] Z. Nam qui sufficienter satisfacit precepto audiendi sacrum, et nullum sensum externum actualiter exerceat quo sacrum [illegible]. Ratio a priori est quia exercitium sensuum non facit res esse presentes, sed supponit.

Observandum est 4° aliter falsos esse, qui dicunt materiam quae sensu aliquo percipitur posse valide consecrari, cum ad tantam distantiam possit videri materia, quae non habeat ratione tam magnae distantiae sufficientem presentiam ex prudentum iudicio ad consecrationem. Requirit enim presentiam non utcumque, sed humano, vel morali modo, quae non habet, quando ad magnam distantiam visu percipitur.

Observandum est 5° non esse necessarium, quod verborum halitus, vel sonus attingat materiam consecrandam, sive per se, sive per speciem sensibilem. Ratio est quia hostiae sub alijs in pyxide latentes valide, et sufficienter consecrantur, et ipsas neque attingat verborum halitus, neque species aliqua sensibilis, cum et sub alijs latentes presentiam habeant sufficientem.

Observandum est 6° inutilem esse regulam illam, quae de presentia requisita tradit ab aliquibus. Nimirum materiam illam distantem ad certum

Plaimi n ee presentem, neq posse valide consecrari distantem v.g. decem absolute, et simpliciter e presentem, et consequenter consecrari posse; distantem autem p quinquaginta dubium ee an habeat presentiam sufficientem. Ratio e quia cum hoc totum depende[a]t ex iuditio prudentum, nulla alia melior regula assignari potest quam ipsum prudentum iuditium. Cap. 5. Colligunt aliqua = = = = = = = = =

Caput, 5.um

Aliqua Colliguntur.

1.o colligit[ur] materiam clausam in continenti quod expositum e sensibus sacerdotis posse valide consecrari, quantumvis ita claudat, ut nullo modo per sensum aliquem externum percipiat a consecrante. Probat. ut panis, et vinum possint consecrari sufficit, quod proprie, et absolute possint demonstrari ex vi pronominis hic, aut hoc, sed panis, et vinum dum ss. immediate in continenti possunt demonstrari ex vi pronominis hoc, aut hic; ergo poss. panis, et vinum in continenti inclusa valide consecrari. Ex hac resolut. deducit valide, et licite hostias corporali involutas consecrari. Resolutio hec communi modo loquendi conformis e, ex quo sepe sepius continens pro re contenta usurpamus, si sit ex coi hominum usu destinatum ad continendum illam rem.

2.o colligit[ur] hostiam clausam in sacrario, l. in aliquo cubiculo n posse valide consecrari, quia n habet rationem sacerdotis presentiam requisitam ad consecrationem; si v.o sacrarium, l. cubiculum, tantis [r]apperiat, ita quod aliqua pars hostie videri possit, valide consecrari poterit, quia tunc habet presentiam sufficientem, et requisitam. Cardi. de Lugo. affirmat dubium ee, an tunc hostia consecret. communiter tn. DD. defendunt (a) eandem absolute, et simpliciter consecrari n posse. Neq obstat id quod § superiori docuimus; nam mirum demonstrato continenti demonstrari contentum e, propterea hostia in continenti clausa consecrari potest, quia hoc e intelligendum in continentia ad id ex coi hominum usu destinato; sacrarium autem n e communiter ad claudendum panem destinatum.

3° collegit, totam materiam consecrandam debere esse presentem secundum omnes suas partes, ut secundum omnes illas possit valide consecrari. hec resolutio facile colligit ex dictis. quia materia consecranda petit ex se sua quod petit significatio particule demonstrativae; et si particula demonstrativa consecratoria cadit supra totam materiam secundum omnes suas partes, petit presentiam materiae secundum omnes suas partes. hinc infertur quod si totum mare foret vinum non posset sacerdos in litore existens totum illud materiae consecrare propter defectum presentiae sufficientis.

Adversus resolutionem insurges. si non sufficeret presentia materiae secundum aliquam sui partem, ut tota illa materia consecretur, non possent in pyxide formae sub aliis latentes consecrari, quod est contra id, quod statuimus cap. precedenti, neque panis per se nostra secundum aliquam sui partem apparens, quod est contra communem sentiendi modum; requirit presentia omnium partium, ut omnes partes alicuius totius consecrentur. sed aliud esse non omnes illas formas, neque omnes partes illius panis videri, aliud vero esse, non esse presentes. primum concedimus. secundum vero negamus. hec autem presentia sufficit ad consecrationem, si actualiter sensibus non percipiat.

4° Colligit. non sufficere materiam utcumque percipi visu, ut possit valide consecrari, si distantia sit magna. Ratio est, quia et civitatem longe distantem et a nobis visam demonstremus pronomine demonstrativo dicendo, hec civitas est hispalis, vel corduba. requirit tamen ut verificet forma consecrationis, non solum quod possit utcumque demonstrari materia, sed quod habeat speciem strictam, et moralem, quem ex communi prudentum iudicio desumit; presentia autem rei multum distantis potius per pronomen ille, a, ud. quam per hic, hec, hoc, significat, quapropter vera illa oratio ex prudentum iudicio equivalet huic: illa Civitas est hispalis, vel corduba.

5° Collegit, Sacerdotem ex divina revelatione precisse cognoscentem esse presentem sufficienter materiam consecrationis, si hec sit sensibilis, et sufficienter exposita sensibus, valide consecraturum, ita P. Bernal.

6° Colligitur Sacerdotem posse valide consecrare hostiam, quam coram se habet, et nullo sensu actualiter percipiat. Primus. valide consecrari hostiam quam a tergo sacerdos

Afirmantibus tenet, illud tamen, quod in his duobus casibus datur praesentia moralis sufficiens ad ... etiam si pars hostia, vel vinum a tergo sint existentia, neque tangant nec sensu aliquo percipiant quia sic docet valide non posse consecrari. 29

7. Colligitur a P. Vazquez

A recentiores quemdam Magistrum materiam consecrandam debere esse praesentem ab initio prolationis verborum. Ratio est, quia pronomina illa hoc, et hic tunc petunt praesentiam materiae cum proferuntur, sed proferuntur initio prolationis; ergo materia debet esse praesens ab initio prolationis. Fr... confirmat a paritate aliorum sacramentorum in quibus requiritur ab initio prolationis formae praesentia materiae, quam illam sanctificat: Unde si Baptizandus, Confirmandus, vel ordinandus fieri praesens post inceptam formam Baptismi, Confirmationis, et ordinis nulla esset ... Sed de hoc iterum disp. sequenti tractabimus.

Dissolvamus modo breviter fundamenta P. Vazq. et ... illius. — Pronomina demonstrativa hoc, et hic demonstrant quidem praesentem corpus, sanguinem sub acc. eucharisticis, quando verba consecrationis finiunt, non vero quando proferri incipit pronomen. Unde verba consecrationis demonstrativa referuntur ad finem, non autem ad initium prolationis; quia verba consecrationis non petunt ab initio materiam esse praesentem. Ex quo dicimus infert P. Vazq. quod si a principio prolationis esset Calix, et plenus aqua, et ante finem prolationis ... miraculose converteretur in vinum, hoc esset convertendum in Sanguinem Christi Domini.

Dices. pronomina demonstrativum hoc, et hic non solum significare corpus Christi praesentem pro fine prolationis, sed etiam significare actualiter praesentia accidentia illa, sub quibus Corpus Christi ... Dicendus est quod sicut sacrificatio, et benedictio fieri non potest nisi esse rem actualiter praesentem; sic sacrificatio, et benedictio sacramentalis fieri non potest nisi esse materiam capacem actualiter praesentem et existentem. sic Dt. Card. de Lugo.

Dices. Verba consecratoria a principio usque ad finem suae prolationis significare adaequate actionem transubstantiativam totius substantiae panis in substantiam corporis, et totius substantiae vini in substantiam sanguinis Christi. Sed ... actio ... transsubstantiativa ... petit actualiter

Assumptis et existentis sub accidentibus omnibus substam panis, et Vini, et insuper Corporis, et Sanguinis Xpti. Dni. sub accidentibus eisdem saltem per diversis instantibus, quia a principio consecrationis significant materiam illam actualiter praesentem, panem, scilicet, et Vinum, et in fine consecrationis non significent eam praesentem, sed solum corpus, et sanguinem Xpti. Dni. existentis. Cap. 6. Utrum materia consecranda debeat esse determinata ex intentione sacerdotis.

Caput, 6um

Utrum Materia Consecranda debeat esse determinata ex intentione Sacerdotis?

Certum omnino est materiam consecrandam debere esse definitam, et determinatam ex intentione Sacerdotis consecrantis, ut inter alios docuimus ex vi pronominis hoc, et hic, quod cum sit demonstrativum significat rem certam, et determinatam. Res enim incerta, et indeterminata demonstrari non potest; ergo similiter intentio Sacerdotis debet esse circa materiam aliquam determinatam, quando quidem intentio, et Verba consecrantis debent esse conformia.

Ex hac resolutione deducitur 1°, Vini guttas existentes extra Calicem non esse consecratas, quia licet sufficienter sint praesentes Sacerdoti, hic tamen non habet intentionem determinatam circa illas. Requirit enim ultra praesentiam requisitam determinata intentio ministri. Ubi notandum aliud esse rem esse determinatam in se, et aliud esse determinatam ex intentione Sacerdotis. quamvis enim illae guttae sint quid determinatum in se, non tamen sunt quid determinatum ex intentione Sacerdotis.

Deducitur 2°. maiorem esse difficultatem circa guttas intra Calicem existentes, divisas tamen et separatas a reliquis. Negative sequuntur P. Reginaldus lib. 29. n°.16. Diana tract. 4. de Sacramentis resolut. 32, qui plures alios afferunt, et sequuntur. Fundatur huius resolutionis est quod intentio consecrantis tantummodo dirigitur ad id, quod se habet per modum potus Vini, et considerabilis intra Calicem: cumque illae guttae non sint potus divinus, et considerabilis intra Calicem, non sunt censendae consecratae propter defectum intentionis.

Probabilius

Itemq indico cu Amazina de Sacramentis disp. 4. q. 2. puncto. 6. Dicastillo disp. 2. dubitati. 12. Dsecratas ee ex vi intentionis, quā dmuniter hent Sacerdotes. Ratio ē, q minutissimę particulę, quę in pyxide existunt diuisę, et separatę a frūs dsecratę ss. ex vi intentionis, quam dmuniter hent Sacerdotes, & pariformiter in nro casu sentiendū. Fundamentum oppositę resolutionis nullum ē, quamvis eniz eius modi guttę dispersę, l. separatę n sint potus dtinuus, l. dsiderabilis: adhuc tamē ss. potus, et dsequr ma dsecrationis, ad quam q Sacerdos vult dsecrare totum, qd dtinet in Calice fert intentio dsecrantis.

Deducit 3°. Sacerdotē intendentē dsecrare decem hostias inter plures alias, quas hēt ante oculos, n declarando has decē, l. illas nullā dsecrare, q intentio dsecrantis debet eē detrata, n disiunctiua, neqz vaga. Similiter si Sacerdos dicat, Volo dsecrare decem illas hostias, quas Deus designauerit, nullā dsecraturus ē. Ratio ē, q quamvis designatę sint a Deo decē hostię detratę, cum Sacerdos n sciat, quę nam designatę sint, n potest dcipere intentionē detratā, qualiter requirit, vt cu veritate stat pnomine demonstratiuo hoc.

Deducit 4°, n eē dsecratas hostias illas, quas quis inscio Sacerdote apposuit in altari, et apposuerit illas in corporali collip̄ts ex dictis §. ant. q eē id, qd ignorat Sacerdos hēri n potest intentionē detratam, cu nil volitū quī precognitū; & illę hostię, et sufficienter prsentes Sacerdoti ignotę ss. vt supponimus; & ex defectu intentionis detratę n dsecrant.

Deducit 5. Vinū guttā in magnam aquę copiam infusam valide dsecrari n posse. Quiā resolutionis fundatū ē, q et vinū illud statim n destruat, et dsequr hēat prsentiam sufficientē, n tn. hēt prsentiam sensibilē requisitam ad dsecrationem. Pronomē demonstrativū hic n solū requirit prsentiam me vtcunq, d. prsentiam talem, quę demonstrabilis, et sensibilis sit.

Deducit 6. Hostiam n dsecratā pmixtā alijs dsecratis dsecrari n posse p intentionē specialiter, et directe tendentē eē illā pbat efficaciter: intentio

illa directe respiciens illã hostiã detratã, n potest eē detrata, d. disiunctiua, et vaga, cũ Sacerdos certo n cognoscat, quẽ nam sit Dsecrata, quẽ nam vero n: d. intentio disiunctiua, et vaga n efficit hoc sacratũ, vt iam dictum ē, q in hoc casu nil effici potest.

Dices. potest Sacerdos hrẽ intensionẽ Dsecrandi hostiã illam, quẽ n ē Dsecrata: d hẽc intentio detrata ē; fert enim ad illam hostiam detratã, quẽ n ē Dsecrata; q n deficit in hoc casu intentio requisita ad Dsecrationẽ.

Rñr. hanc intentionẽ n eē sufficientẽ, q a talis intentio detrata requirit, qualis significat p pnomẽ demonstratiuũ. quando q loquimur p hoc pnomẽ, tenemur reddere roẽ illius rei de qua loquimur: cum q Sacerdos ille n possit reddere roẽ hostiẽ, quam Dsecrat, n potest. Dsequenter vti pnoẽ demonstratiuo ad Dsecrationẽ requisito.

Dubitabis autẽ, quomodo sit Dsecranda hostia illa, quẽ inter alias Dsecratas fuit admixta.

Rñr, qd si Ddicionate pferas verba Dsecrationis supra omnes, et singulas partes illius Cumuli sic dicendo volo Dsecrare hanc, si n ē Dsecrata, et volo Dsecrare illã si n ē Dsecrata, et sic de cẽteris, procul dubio illa, quẽ antea n fuit Dsecrata manebit Dsecrata. hoc vero faciendũ ē in casu vrgentissimẽ necessitatis. videat Card. de Lugo disp. 4. Sect. 7. Cap. 7 occurrit aliqs argutis.

Caput, 7.um

Occurrit Aliquibus Argumentis.

1o obijcit. si Sacerdos aliquis ponat in Patena duas hostias putans eē vnam, vtrãq. Dsecrat; d. tamẽ n hẽt intentionẽ detratã eē duas, quandoquidẽ cũ vnica hostia vnicum efficit. Sacratum et sacrificium; q n requirit, qd mã Dsecranda sit detrata ex intentione Sacerdotis.

Rñr ex vi intentionis, quã Dmuniter hent Sacerdotes, vtranque

Vmanere Dsecrata; q. hi Dsecrare intendunt quid.qd. tanquam materiam sufficiens positum est ante oculos. qd si Sacerdos aliquis ita strictam intentionem haberet, Vt solum Vellet Vnicam Dsecrare, et adsint plures nullam Dsecrabit, q. n̄ determinat, quam nam Dsecranda sit.

2. obijcit.

Quando Sacerdos defert in pyxide hostias ad altare Dsecratas manent, et actualiter n̄ dirigat intensionem dum Dsecrat, ad hostiam illam, quam pre manibus tenet; ergo n̄ requirit intentio determinata ex parte Sacerdotis. Respondetur illas hostias manere Dsecratas ex vi intentionis Virtualis sufficientis ad Dsecrandum, Vt diximus disp. 1. de Sacramentis cap. 12. ex quo nil colligit contra doctrinam statutam.

3. obijcit: Sacerdos potest Dsecrare dimidiam partem hostiae; nec potest determinare dimidiam partem hostiae; ergo n̄ requirit intentio demonstrativa Dsecrantis, sed sufficit intentio disiunctiva, vel Vaga. Respondetur Dcedendo maiorem distinguendo minorem n̄ potest determinare dimidiam partem hostiae Mathematice loquendo Dcedo minorem; n̄ potest determinare dimidiam partem hostiae Moraliter, vel humano modo loquendo Nego minorem. sufficit autem ad Dsecrandum haec demonstratio Moralis, n̄ autem requirit demonstratio Mathematica.

4.° obijcit. potest Sacerdos offerre sacrificium pro anima, quam Deus voluerit; ergo potest Dsecrare hostiam, quam Deus voluerit. con. a paritate, quia tam requirit intensio determinata ad offerendum sacrificium, quam requirit ad efficiendum corpus, et sanguinem Christi. Conf. = Resp. posset cum P. Vasq. disp. 175. illam applicationem n̄ futuram nisi offerens Vlterius dicat efficiat hoc sacrificium animam quam Deus cognovit magis indigentem, tunc autem iam designat animam illam determinatam, q. a applicare Sacrificium n̄ est Dei, sed ipsius offerentis.

Respondetur a nobis Dcedendo, vel omittendo ant.: negando conseq. Applicatio enim sacrificii n̄ est ex sua natione formali applicatio demonstratoria ipsius applicantis, et Dsequenter quamvis Deus possit designari subiectum, cui applicandum est Sacrificium, neque notum sit sacrificanti, nil Dvincit contra veritatem, quam defendimus, q. a Dsecratio fit per Voces demonstrativas, cum debeant esse formalia Verba Dsecrantis, et intensio debet cognoscere Dsecrans materiam determinatam, et eam illam formare

Intentione determinatam, aliter enim non esset demonstrabilis a consecrante. hoc enim fert vis pronominis demonstratiui, quod scilicet demonstrari possit a proferente id, supra quod profert, et supra quod cadit intentio consecrandi.

5° Obijcit: potest Sacerdos in Sacramento poenitentiae absoluere a duabus, vel tribus peccatis, quae Deus determinauerit, et similiter poterit Sacerdos consecrare hostias illas, quas Deus definiuerit. Respondetur quod si confessio fiat de peccatis mortalibus certum est Sacerdotem debere habere intentionem determinatam absoluendi ab illis determinatis peccatis, neque posse unum eorum remitti sine alio de praesentum prouidentiam, ex quo potius roborat resolutio hic statuta.

Probatur prima pars quia poenitentiae Sacramentum per modum iudicij institutum est. si autem iudex absoluit hunc poenitentem debet cognoscere causam determinatam huius poenitentis, et habere intentionem ab illa determinata causa absoluendi, sicut in Sacramento Matrimonij contingit. si enim praesentibus solum mulieribus quis dicat accipio te in coniugem, non habens intentionem determinatam ad hanc in particulari nihil efficitur. Probatur secunda similiter pars, quia Sacerdos non remittit in Sacramento poenitentiae peccatum mortale nisi reconciliando hominem cum Deo, et conferendo gratiam sanctificantem, quod hoc est incompatibile cum peccato lethali; ergo etc.

Si vero confessio fiat de peccatis venialibus Pater Suarez affirmat disp. 28. sect. 6. non posse poenitentem absolui a duobus quin absoluat ab omnibus. Ratio huius Doctoris est, quia Sacerdos per suam intentionem non potest retardare effectum Sacramenti sufficienter applicati. Card. autem de Lugo disp. 4. sect. 6. sequutus Patrem Vasq. ut videtur disp. 171. cap. 1. defendit posse Sacerdotem absoluere poenitentem a duobus, quin absoluat a reliquis. Fundamentum est quia huiusmodi peccata non sunt inter se connexa, proindeque de praesentum prouidentia potest unum remitti sine alio.

In hac discordia nolo iudicium ferre, quia non est necessaria decisio huius difficultatis ad responsionem praesentis argumenti. Dico enim quod siue Sacerdos absoluat a duabus, siue ab omnibus peccatis venialibus debet habere determinatam intentionem absoluendi a talibus peccatis, a quibus absoluit determinate. ita quod quando committit Deo designationem

Peccatorum nullum efficiat sacratum. quia Sacerdos est iudex et ratione cuius officij debet intentionem determinatam habere absoluendi a talibus determinate peccatis, quod quidem ex apprehensione eorum satisfacile constat. quis enim concedebit iudex si nesciat aquae rem absoluat.

6. obiectio

Potest Sacerdos consecrare omnes partes impares alicuius hostiae, ut $\frac{a}{4}$, $\frac{a}{3}$, $\frac{a}{5}$, etc. et tunc non potest habere intentionem determinatam specialiter, et stricte tendentem circa omnes partes impares illius hostiae; ergo non requirit intentio determinata eo illo rigore a nobis explicato. Probatur maior: quia si Sacerdos potest dimidiam partem hostiae consecrare videtur consequenter asserendum posse consecrare omnes partes impares cum 1a port. Probatur maior: partes impares in sua Aristotelica scilicet in infinitum divisae, et consequenter impares permixtae, et confusae sunt cum paribus, ita ut nulla sit impar, quae non claudat infinitas pares, neque ulla sit pars, quae non claudat infinitas partes. Ex quo videtur inferri huiusmodi intentionem non posse esse absolute determinatam, quia non distinguit materiam consecrandam a non consecranda.

Respondetur tamen esse impossibile, et repugnans, 1o quia partes pares nihil aliud sunt quam replicatus numerus impar. v. g. Binarium ex duplici unitate, quaternarius ex quadruplici unitate componitur. igitur impossibile est, quod impares consecrentur quin pares similiter consecrentur. 2o quia quaevis pars impar assignabilis in continuo claudit infinitas pares, ut argumentum ipsum supponit, igitur implicatio quod impares illae consecrentur, quin pares similiter consecrentur, quod manifeste implicat, quod consecret includens, quin consecret inclusum. 3o quia omnes partes impares cum illa proportione non sunt assignabiles, neque demonstrabiles in quantitate continua qualiter requiritur ad veritatem pronominis demonstrativi. Et cetera. Cap. 8. Utrum materia consecranda habeat terminum magnitudinis. = = = = = = = = = =

Caput, 8um,

Utrum Materia Consecranda habeat terminum magnitudinis.

Sub his terminis in praesenti dubitamus, utrum detur tam magna quantitas materiae, quae consecrari non possit.

Sa. afratiua ?ra Ut consecranda ?i verum magnitudinis, consequenter quod eucharistia sacratum defendit ab aliqq. ex antiquioribus Doctoribus multiplex fundatum. 1° dicunt qui, ut refert S. Bonav. non quamlibet ?ius quantitatem posse valide consecrari, sed praecise illam tantum, quae iuxta ritum ecclesiae consecrari debet. hoc fundamentum refellitur ab eodem Bonav. et reliquis Doctoribus quia tantum probat peccatum esse non servare ritum ab ecclesia statutum, non vero quod sit invalidum sacramentum.

2°. dicunt Alexand. Alensis et quidem S. Bonav. in 4. dist. 10. artic. 5. q. 4. praecise illam ?ius partem valide consecrari posse, quae ad usum fidelium est acommodata: cum enim Xptus. Dominus pientissimus quae ?r huius sacramenti disposuerit reliquit solum sacerdotibus potestatem consecrandi illam ?ius quantitatem, quam usus fidelium exigit, in quorum utilitatem institutum est hoc sacratum.

Hoc fundatum similiter nullum est. 1°. quia potestas sacerdotibus concessa nulla habet limitationem, vel restrictionem. 2° quia si s. tantum sint fideles, quis dicat solum esse sacerdotibus potestatem 5. hostias consecrandi. 3° fideles possunt esse plures, et plures in infinitum sine ?o; ergo potestas consecrativa extendit ad ?am maiorem, et maiorem in infinitum sine ?o. 4° potest sacerdos abuti potestate consecrativa in malum usum pro beneficiis ?i, et incantantionibus; ergo independenter ab usu fidelium fuit concessa potestas consecrandi.

3° dicit Paludanus in 4. dist. 11. q. 1. non posse valide consecrari maiorem, et maiorem ?ius quantitatem, quia potestas sacerdotalis, et virtus verborum fa?, et limitata; ergo virtus finita, et limitata ad certam, et determinatam ?am, in qua o?eit, se extendit, ut discurrenti per omnes alias causas facile patebit; ergo non potest valide consecrari maior, et maior ?ius quantitas, sed finita, et limitata. cuius vero magnitudinis sit illa quantitas, ad quam se potest extendere consecrandi potestatem soli Deo notum est.

Hoc fundamentum similiter inefficax est, quia 1. potestas sacerdotalis, et virtus verborum operatur, quod per potentiam obedialem activam, et sic operantur, ut instrumentum a Deo, tanquam a causa principali elevatum, et consequenter potest operari in

In maiori, et maiori ille quantitate; quin arguat infinita quantitas virtus in instrumento elevato. Virtus verborum, et potestas Sacerdotis operat tanquam causa moralis, et causa nullum est periculum, quod infinita virtus arguat, cum causa moralis nullum impendat concursum physicum, sed precise concurrat movendo Deum, ut sub maiori, et maiori magis quantitate constituat.

Itaque dicendum est materiam consecrandam nullum habere terminum magnitudinis, quantum est ex parte verborum, et potestatis Sacerdotalis, et Eucharistici Sacramenti. Ratio a priori est, quia limitatio quantitatis non potest provenire ex parte verborum consecrationis, quae quantum est ex se potest cadere in quamcumvis magnam quantitatem; nec ex intentione ministri, quae ex se extendi potest ad quamlibet magnitudinem; nec ex eo, quod tam magna consecratio iniuriosa sit Sacramento: hoc enim tantum probat, ut iam vidimus, peccare ministrum in eiusmodi consecratione, non vero quod consecratum sit invalidum. Praeterquamquod cum fideles possint in infinitum augeri, non video, cur eiusmodi magna consecratio iniuriosa sit Sacramento.

Dices 1°.

Substantia panis, et vini habet terminum magnitudinis; ergo et eucharisticum Sacramentum, cum tantam magnitudinem exponat quantam exposcit materia consecranda. Ita auctor. Falsum est antecedens, ut habet Vincentius Domosensis, et communiore etiam nullum habent terminum magnitudinis, et ideo ex hoc capite Eucharisticum Sacramentum.

Arguitur 2°.

Omittendo illud antecedens, et distinguendo consequens, et Eucharisticum Sacramentum habet terminum magnitudinis absolute, et simpliciter, hic et nunc, et in actu 2° concedo consequentiam; habet terminum magnitudinis quantum est ex parte ipsius Sacramenti, virtutis verborum, et potestatis Sacerdotalis, nego consequentiam. Itaque quod materia consecranda habeat terminum magnitudinis per accidens est huius Sacramenti, quod si non foret, impossibile non erat in infinitum extenderet, sicut Eucharisticum Sacramentum ex parte virtutis, quam de facto habet.

Dices 2°. Materia consecranda debet cum minus majores partes debet esse praesens Sacerdoti, ut efficiat hoc sacramentum, ut statutum est cap. 5. huius disp.

ex quo deduximus (a) P. Vasq. qd si totum mare foret vinum, n° posset Sacerdos in litore existens totam illam ma quantitatẽ Dsecrare; & n° posset nõ sacratẽ sub maiori, et maiori ma quantitate Dsecrari. Rñr. 1° admittendo illud qd statuitur c. seq. 2. citato, nimirum Eucharistiam n° posse Dfici, nisi adest presentia requisita ma, q° hæc se het rñt huius Sacramenti instar applicationis in causis physicis.

Sicut g° aliud e intrinseca virtus productiua g°, et aliud e applicatio virtutis, quæ petit tanquam Dditio, vt virtus illa exerceat: sic similiter in Sacrato aliud e, qd petit intrinseca virtus Sacramenti, et aliud qd petit tanquam Dditione, vt exerceat. Si Dsideret Sacratum quantu c ex vi virtutis potest ad maiorem, et maiorem quantitatẽ extendi. At vo Dsideret solum Dditionem requisitam, vt eiusmodi virtus exerceatur, n° potest ad maiorem, et maiorem ma quantitatẽ extendi pp defectum applicationis, l presentis requisitæ.

Rñr. 2° admittendo posse hic, et nunc, et in actu Dfici eucharistiæ Sacramentum in pluribus, et pluribus ma partibus in infinitum. 1° q° partes eiusmodi facientes aliquã extensionem simpliciter infinitã, possunt Diuinitus penetrari, et sic possunt ee Sacerdoti sufficienter presentes. 2° q° Successiue potest Sacerdos ee presens infinitis ma partibus. 3° q° Sacerdos Diuinitus potest in infinitis locis Dstitui, ratione cuius multiplicis replicationis, in loco potest ee sufficienter presens toti illi ma in infinitum extensæ = Cap. 9 de termo paruitatis ma Dsecrandæ. = = = = = = = = =

Caput, 9um,

De termino Paruitatis materiæ Consecrandæ.

Cum de extensione ma Dsecrandæ disputauerimus in cap. precedenti, discutiendum restat in presenti: Vtrum detur tam parua ma quantitas, quæ valide Dsecrari n° possit? P. Suar. disp. 43. sect. 7. P. Vasq. disp. 71. cap. 2. P. Conink q. 74. arti. 2. dub. 2. P. Regin. lib. 9. n° 17. Card. de Lugo disp. 4. n° 115. P. Lenao disp. 5. sect. 2.

N.° N. defendunt particulam aliquam minutissimam, et imperceptibilem divisam a reliquis validè consecrari non posse.

Contrariam tamen sententiam, nullam videlicet dari materiam, quantumvis minimam, quae non possit validè consecrari, quam nos in praesenti amplectimur, defendunt Sotus in 4. dist. 9. P. Valentia tom. 4. disp. 6. q. 2. puncto. 2. P. Filiusius tract. 4. de Euchar. cap. 3. n.° 63. Videtur que esse S. Thomae 3. p. q. 74. artic. 2. pinde que dicendum nobis est cum his. Dico quod si Eucharistiae sacrament. non habet terminum magnitudinis, ita non habet terminum parvitatis.

Supponendum est tamquam certum, quod si detur minimum naturale in substantiis substantialibus panis, et vini, et separetur aliqua particula minor minimo naturali validè consecrari non possit. Ratio est, quia materia consecranda debet esse panis, vel vinum; sed tunc non esset substantia panis, aut vini; ergo nulla daretur materia consecrationis. Sed minor substantia panis, et vini consecrari potest citra minimum naturale (si forte detur) quia illa pars est minor minimo naturali; et illa si esset panis, aut vinum, et consecrari in illa non posset, Eucharistiae sacratum. Hic difficultas solum est, utrum in minutissima particula retinente substantiam panis, aut vini possit confici hoc sacramentum sive detur, sive non detur minimum naturale.

Probatur resolutio statuta. Si propter aliquam rationem minutissima particula non esset materia sufficiens huius sacramenti maxime propter defectum sensibilitatis requisitae, sed quaevis particula quantumvis minutissima habet sensibilitatem requisitam ad hoc sacratum; ergo quaelibet particula quantumvis minutissima sufficiens est materia huius sacrati. Minor huius discursus duplicitur. Primo quia ut reliqua sacramenta habent materiam sensibilem, sic similiter Eucharistiae in hoc imitatur reliqua sacrata.

2.° quia materia huius sacramenti debet esse demonstrabilis per pronomen illud demonstrativum; sed debet esse sensibilis, cum insensibile demonstrari non possit. Deinde minor, quia ut particulae possunt esse minores, et minores, ita poterunt esse maioris, et maioris perspicacitatis. Ex quo deducitur quamcumque minutissimam particulam habere correspondentem saltem de potentia, potentiam perspicacissimam respectu cuius possit esse sensibilis actualiter, et in actu 2.°

Ad intelligentiam huius rationis notanda sunt duo. Primum, quamcunque minutissimam particulam, hoc ipso quod materialis, et corporea sit, esse sensibilem (Loquor de parte divisibili) sensibilitate qualitatis radicali secum identificata, hoc est quantitatem esse ex se sensitivi potest hanc sensibilitatem radicalem sive in actu primo remoto asserimus esse sufficientem ad Sacramentum, quantum est ex vi ipsius materiae, hoc est non stabit per eiusmodi materiam quominus absolute, et simpliciter efficiat Sacramentum, sed ad summum per defectum potentiae non potentis percipere materiam aliquam sensibilem; in presenti autem solum asserimus, quod minutissimae materiae parvitas non potest esse impedimentum, quominus absolute, et simpliciter in ipsa efficiat Eucharisticum Sacratum, quandoquidem solum stabit impedimentum per defectum, vel invincibilem potentiae.

Secundum est quamcunque particulam etiam minutissimam absolute et simpliciter esse sensibilem, quamvis non sit huius, vel alterius potentiae determinatae minoris perspicacitatis, sit tamen alterius potentiae maioris, et maioris perspicacitatis, quam potest esse indicamus, quia sicut particulae quantitatis illius possunt esse minutiores, et minutiores in infinitum sine termino, ita potentiae possunt esse perspicaciores, et perspicaciores in infinitum sine termino. Ut igitur aliqua quantitas sit absolute, et simpliciter sensibilis, non requirit, quod sit omnium potentiarum sit absolute, et simpliciter sensibilis, sed sufficit quod sit alicuius, quapropter cum sit huiusmodi perspicacitatis potest absolute, et simpliciter in minutissima illa quantitate Eucharisticum Sacratum efficere; quod quidem sufficit ad veritatem resolutionis hic statutae.

Obijcies tamen contra nos: Sacramentum nostrum debet esse humano modo sensibile; sed particula imperceptibilis humano modo non potest esse materia sufficiens huius Sacramenti: cum igitur dari possit particula aliqua, quae sit humano modo imperceptibilis, asserendum est non in qualibet minutissima quantitate posse effici Eucharisticum Sacratum.

Respondetur distinguendo consequens, igitur particula imperceptibilis imperceptibilitate, sive insensibilitate radicali non potest esse materia quantum est ex se huius Sacramenti, concedo consequens; particula imperceptibilis per insensibilitatem solum potentiae non ratione defectum ipsius non potest esse materia quantum est ex se huius Sacramenti, nego consequens. Sufficit enim ad materiam capacem huius Sacramenti quantum est

exse, qa heat Sensibilitatem radicalem, sine quantitas e exse in actu remoto.

Respondetur 2° eximendo dicens nullam dari imparticulam imperceptibilem vi cuiuscumque posse benedicti imperceptibilem, vi huius, l. alterius detractam, quae non heat tantam perspicacitatem. Respondetur 3. me hanc difficultatem in illo anno, quod non semper materia est humano modo sensibilis; et consequenter neque sacramentum erit humano modo sensibile in hoc sensu. Ratio est, quia si minutissima particula naliter imperceptibilis vi huius potest detractam perceptibilis esset per divina virtute, et augmentum sensus Sacerdotis, posset hic, et nunc consecrari ut defendunt. P. Suar. disp. 43. sect. 8. Bonacina disp. 4. q. 2. P. Cicastillo disp. 2. dubitatione 13. n. 232, in quo casu esset materia huius Sacramenti particula humano modo non sensibilis. Ergo non semper materia Sacramenti habet sensibilitatem actualem humanam.

Disp. 5. Utrum requirat ad consecrationem calicis vinum mixtum cum aqua? Cap. 1. Necessariam esse hanc mixtionem de necessitate praecepti non vero Sacramenti statuitur.

Disputatio, 5.a

Utrum Requiratur ad Consecrationem Calicis Vinum mixtum cum aqua?

Caput, 1.um

Necessariam esse hanc mixtionem de necessitate praecepti, non vero Sacramenti statuit.

Statuendum est tam quam certum convenientissimam, et congruentissimam fuisse huiusmodi mixtionem contra Hereticos probat Deus catholicus, Concilia, Summi Pontifices et Patres tractant tanquam antiquam Ecclesiae consuetudinem, et apostolicam traditionem. Videant Concilia, Summi Pontifices et SS. Patres apud Doctores de hoc puncto tractantes. Plures rationes, l. congruentias huiusmodi mixtionis afferunt a Patribus quae facile videri possunt apud Scriptores.

Statuendũ ē 2°. cum pluribus Theologis, qui sequunt' S. Thom. q. 74. artic. 2. huiusmodi mixtionẽ n̄ eē nariam necessitate Sacramenti, ita qd Sacratum ipsum subsistere n̄ possit sine eo, qd misceat' aqua in mã Calicis. Ratio huius 4æ certæ doctrinæ ē, q. mã Sacramenti Sanguinis ex definitionem Conciliorum florent. et Trid. ē Vinum de Vite, s. quamvis n̄ misceat' aqua daret' vinum de Vite: ẽ daret', quid qd substãliter, et essãliter petit Sacratum Sanguinis. Subiungit frinte florent. cui aqua ante Consecrationem misceri debit, Verũ significans præcepti necessitatẽ, n̄ v. necessitatẽ Sacramenti. Videat' Concilium Trid. Sess. 22.

Obijcit 1°. Xptus. Dnus. Consecrauit in Vino lymphato: ẽ tam aqua quã Vinum mã naria ex necessitate Sacramenti. Prob. id ē narium necessitate Sacrati qd Xptus. Dnus. voluit eē mam huius Sacramenti; s. Xptus. Dnus. voluit Vinum lymphatũ eē mam huius Sacramenti; ẽ tam aqua, quã vinũ naria ex necessitate Sacramenti.

Rñdtur 1°. retorqdo argũtũ: Xptus. D. Consecrauit in Vino rubro, l. albo detrate, similiter Consecrauit in pane fermentato, l. azimo detrate; ẽ Vinum rubrum, l. album, Panis fermentatus, l. azimus detrate mã naria ē, ex necessitate Sacramenti. ho. (Nemo) dicendum tñ ē, q. Vinum rubrum, l. album, panis azimus, l. fermentatus disiunctive mã sufficiens ē huius Sacramenti, Vt iam statutũ ē.

Rñdtur 2°. Dedendo l. Omittendo añt. neg. cõam. Ratio ē, q. n̄ omnes circunstantias, quæ occurrerunt, in Consecratione Xpti. Dñi. voluit idq Dñus. eē quid narium ex necessitate Sacrati. Voluit itaq. Dnus. mam nariam p Sacramento sanguinis præcisse ex Sacrati necessitate eē Vinum de vite, ita declarantibus Concilijs, Summis Pontificibus, et Apostolica traditione. reliqua v. Vt, qd Vinum sit lymphatũ n̄ voluit ita stricte requiri, Vt si hoc n̄ poneret Sacratum eet nullũ, et inualidum. hinc pt. dictationem, aliqua enim voluit Xptus. D. in hoc Sacrato taliter requiri Vt si deficiant Sacramentum ipsum deficiat, aliqua v. taliter voluit Vt si deficiant n̄ deficiat Sacramentum ipsum.

Objicit 2°: Significatio Sacramentalis essentialis est Sacramento; sed mixtio aquæ cum Vino essentialis est huic Sacramento. ergo et: quia deficiente huiusmodi mixtione non significat Vnio Christi cum Ecclesia, neque significat aqua, quæ exiuit de latere Salvatoris percusso, quæ significationes essentiales sunt huic Sacramento. Resp. non omnes significationes essentiales esse huic Sacramento; essentialis quidem est huic Sacramento significatio practica gratiæ sanctificantis per modum alimenti, et nutrimenti; quæ et Vnio Christi cum Ecclesia per hoc, quod hoc Sacramentum sit alimentum, et nutrimentum sufficienter significat. Reliquæ vero significationes accidentales sunt huic Sacramento.

Aduertendum est 3° nariæ esse huiusmodi Mixtionem Necessitate præcepti. id docet Alexand. 4 in cap. 1. de Consecratione citatus a P. Cicastillo disp. 2. dubitat. 8. idem docet Concilium Florentinum iam citatum inquiens, cui Vino modicissima aqua ante Consecrationem misceri debet. in quibus Verbis ut iam diximus præceptum importat. Similiter idem docet Concilium Tridentinum sess. 22. dicens: Monet deinde, Sancta Synodus præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, Vt aquam Vino in Calice offerendo Misceant. Vbi præceptum esse impositum circa huiusmodi mixtionem satis aperte declarat.

Hinc nascit difficultas, Vtrum eiusmodi præceptum, sit Diuinum, vel Ecclesiasticum. affirmant esse Diuinum præceptum Alexand. Alensis 4. p. q. 10. P. Henrriquez lib. 8. cap. 12. P. Valentia q. 2. puncto 1. P. Granado Controuersia. 6. de Euchar. tract. 2. disp. 3. Contraria tamen sententia quæ amplectitur Communis est inter Theologos, solum, Vt, esse præceptum ecclesiasticum: quod a temporibus antiquissimis fuit in Ecclesia impositum ad imitandum Christi exemplum qui, in Vino lymphato Consecrauit.

Probatur Efficaciter huiusmodi Veritas, ex Concilio Florentino, Vbi reprehendunt relinquentes hanc mixtionem, Vt pote ab Vniuersæ Ecclesiæ obseruantia discrepantes, quia si fuisset præceptum diuinum huiusmodi mixtionis facilius esset obijcere hanc grauiorem causam reprehensionis. Consentit Concilium Tridentinum asserens præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, Vt aquam Vino in Calice offerendo misceant; Vbi si Voluisset Concilium definire hoc præceptum fuisse ecclesiasticum

Nil aliud dicere, nisi præceptam fuisse ab Ecclesia Sacerdotibus huiusmodi mixtionem.

Obijcies tamen: Xptus. D. postquam consecrauit Vinum lymphatum dixit Apostolis: hoc facite in meam commemorationem; ergo in his verbis præceptum importat: ergo hoc præceptum fuit immediate impositum a Xpto. Dno. et consequenter diuinum præceptum est. Constat ex aliquibus Ecclesiæ patribus, præsertim Cypriano et Iustino, et ex pluribus Concilijs constat huiusmodi mixtionem fuisse dominicum Mandatum, Magisterium, et traditionem; ergo diuinum præceptum est, non autem Ecclesiasticum pure.

Respondetur: Concedendo eiusmodi Verba Saluatoris fuisse præceptiua; hoc autem præceptum non trahebat ad mixtionem aquæ cum Vino, quæ fit actio mata, et ante consecrationem Xpti. D. ergo trahebat solum ad actionem illam immediatam, quæ præcessit, hoc est, quotiescunque consecraueritis meam aliquam sufficientem, fiat in meam commemorationem. Quando ergo Xptus. Dnus. instituit hoc Sacramentum solum voluit poni illam sufficientem in sui memoriam, et recordationem, quam per calicis consecrando, tunc voluit esse, siue Vinum purum, siue mixtum cum aqua.

Quando Concilia insinuare videntur hanc esse diuinam institutionem, et Magisterium, intelligenda sunt occasionaliter, hoc est, cum Xptus. Dnus. consecrauerit in Vino lymphato et non præceperit Vinum lymphatum esse assumendum pro Sacramento Sanguinis dedit occasionem Apostolis ut præciperent Sacerdotibus Vinum lymphatum assumendum non autem Vinum purum, licet alioquin illud sit sufficiens huius Sacramenti, Ut etiam in totum imitarentur Saluatorem nostrum consecrantem. In eundem sensum interpretandi sunt Cyprianus, et Iustinus. Videant si placet Card. et Aug. et Scientif. [illegible] explicatione Conciliorum, et Patrum. De cap. 2. Utrum aqua Vino admixta conuertatur immediate in Sanguinem Christi Domini? = = = = =

Caput, 2.um

Utrum Aqua Vino admixta Conuertatur immediate in Sanguinem Christi Domini?

Gravissima difficultas in ecclesia Dei satis controversa aggredimur explicanda, in qua vocamus, utrum si aqua illa, quæ cum vino miscet in calice non sit conversa in vinum tempore consecrationis, adhuc convertat in sanguinem Christi Domini. Quod si iam sit in vinum conversa accedente tempore consecrationis proculdubio utpote iam vinum convertet in sanguinem Christi Domini. De hac difficultate varie sentiunt doctores summi Ecclesiæ Pontifices ac Theologi a temporibus Innocentij III, qui varias opiniones refert Pontifex in cap. cum Marthæ de celebratione Missarum.

Opiniones quæ de aqua existente in calice possunt excogitari reducuntur ad 5. Prima dicit aquam illam converti, non in vinum, neque in sanguinem, sed in aquam illam exeuntem de latere Salvatoris percusso. 2a sententia asserit converti non in vinum, neque in aquam, nec in sanguinem Salvatoris, sed in phlegma, et humorem quemdam aqueum, qui de latere Salvatoris manavit. 3a sententia tuetur aquam illam in nihil aliud converti, sed manere in propria natura aquæ etiam post finitam consecrationem.

4a sententia tenet aquam illam non posse converti immediate in sanguinem Christi Domini, sed solum mediate quatenus scilicet prius in vinum, deinde in sanguinem convertitur. Hanc defendunt communiter cum S. Thomas q. 74. artic. 8 quæ sequuntur Thomistæ communiter. Scotus in 4. dist. 11. Alexander, Bonaventura, Richardus, Durandus, et alij quos referunt, et sequuntur P. Suar. disp. 45. sect. ultimo. P. Vasq. disp. 178. cap. 8. P. Gran. disp. 4. sect. 2. P. Amicus disp. 16. n. 75. Et plures alij.

5a sententia propugnat aquam illam vino mixtam etsi prius non fuerit in vinum conversa converti in sanguinem Christi Domini. Hanc sententiam eligimus quam probare conabimur tum authoritate tum rationibus. Abstinendum modo nobis est, quantum fieri possit a quæstione philosophica. Utrum scilicet vinum habeat tantam activitatem ut possit mediocrissimam illam aquam non multo tempore, in propriam substantiam commutare. In qua negativam partem plures amplectuntur. Videatur Arist. lib. 1. de generatione cap. 5. textu 34. Et pluribus alijs in locis, quæ referunt a P. Genuens. Conimbricenses lib. 1. de generatione cap. 10. q. 1a, quod quidem evidentius mihi est in præsenti non probandum.

Sive q̃ Vinũ h̃eat huiusmodi activitatez: sive n̄ h̃eat, dicendũ nobis ē illã aquã immãte Qverti in Sanguinem Xp̃i. Dñi.

Praeterquamqꝫ ꝑ Crederemus Vino eiusmodi Virtutẽ post tam brevissimũ temporis intercedere inter mixtionẽ, et Qsecrationem, Vt n̄ possit Vinũ totam illam activitatẽ exercere, in quo casu similiter dicimus, aquam illam ndum in Vinũ transmutatam Qvertendã in sanguinẽ Xp̃i. Dñi.

Incipiamus verum iudicium ferre, ab impugnatꝭ sarium, quę magis a Veritate aberrant. sa illa ꝑ. quę asserebat aquam in Calice existentẽ Qvertendã in aquam, quę de latere Salvatoris exivit, Qmuniter, et merito reijcit. Ratio ē, q̃ huiusmodi transmutatio fieri debet Virtute Verborũ Qsecrationis; s. ex vi Verborum Qsecrationis fieri n̄ potest huiusmodi transmutatio; ergo. ꝑ Minor: Verba, qq. Qsecrat Calix solum significant sanguinẽ tam quẽ terñ ad quem Qversionis, Vt evidentissimũ ē: s. si Qverteret in aquam, quę de latere Salvatoris exivit Vã Qsecrationis significarent illam aquam tamquã terñ ad quẽ Qversionis, st. significant sanguinẽ; ꝑ eiusmodi transmutatio fieri n̄ potest Virtute Verborum Qsecrationis, q̃ tantũ in eum terñ Qversio fit, quę significant Verba Qsecratoria.

2º. fieri n̄ potest Qversio in terñ actualiter in rerũ nã n̄ existentẽ, neq̃ extiturum; s. illa aqua, quę de latere Salvatoris exivit n̄ ē actualiter in rerum nã existens, neq̃ extitura: ꝑ in illam aquam fieri n̄ potest actualiter transmutatio. ꝑ Minor: miraculosũ fuit fluxus illius aquę de latere Salvatoris percusso, quapp̃ n̄ fuit resumpta aqua illa a Verbo. dño. Vt pote n̄ pertinens ad Qstitutionẽ nẽ humanã, et Qseq. corrupta fuit: ꝑ illa aqua n̄ ē actualiter in rerum nã existens. Quare. n̄ ē necessitas illã eamdẽ reproducendi, presertim, cũ hoc n̄ possit Virtus significativa Verborũ Qsecrationis, sindeq; in ipsam fieri n̄ potest transmutatio actualis.

Sa 2ª asserens aquã in Calice existentẽ Qvertendam in phlegma, sive humorem aqueum, qui de latere Salvatoris manavit reijcit ab Innocentio iã citato, et Qmuniter ab omnibꝫ,

quia supponit ex latere Salvatoris non veram aquam, sed humorem phlegmaticum manasse contra Apostolum Joannem afirmantem se vidisse aquam, et sanguinem, quod de vera aqua ab unica ecclesia catholica intelligit. quod si dicas aquam in Calice existentem converti in phlegma, quod fuit unum ex 4 humoribus pertinentibus ad integritatem humanitatis, facile rejicitur ex iam dictis quia conversio debet fieri in illum praecise terminum, quem significant verba consecrationis; sed verba consecrationis solum significant sanguinem: 3 etc.

3a sententia afirmans manere aquam in propria subsistentia aquae post finitam consecrationem rejicitur a P. Suar. disp. 45. et a P. Vazq. disp. 178. sine fundamento meo sufficiente, quia si dabitur casus, in quo vinum non posset transmutare aquam in propriam subsistentiam, ut posset contingere, vel propter brevitatem temporis, vel propter insufficientiam vini, procul dubio fatendum illis est manere aquam in propria substantia aquae post finitam consecrationem. Quapropter melius erat afirmare ex suis principiis sequi aliquando manere aquam in propria subsistentia aquae, aliquando vero non manere, quam absolute, et simpliciter impugnare eiusmodi sententiam. Nobis autem dicendum est numquam manere aquam in propria subsistentia aquae post finitam consecrationem, quia totum illud mixtum materia sufficiens est, quae convertatur in sanguinem, ut aliquando vinum non transmutaverit aquam. 4a sententia sufficienter impugnabitur ex probatione nostra, et ex argumentorum solutionibus. = Cap. 3. aquam vino admixtam converti in sanguinem Christi etc. ut prius non fuisset in vinum conversa authoritate probatur.

Caput, 3um

Aquam Vino admixtam Converti in Sanguinem Christi Domini Licet prius non fuerit Conuersa Authoritate probatur.

Defendunt hanc sententiam D. Thom. q. 74. artic. 8. P. Laiman lib. 5. tract. de Euchar. cap. 2. Cardinalis Guillielmus Alanus lib. 1. de Euchar. cap. 13. P. Salmeron tom. 9. in Evangelia tract. 14. Card. de Lugo disp. 4. sect. 3. Card. Toletus

Lib. 2. instructorij Cap. 13. P. Chiastillo Tract. 4. disp. 2. dubit. 9. P. Ienac disp. 4. Sect. 4. Card. Baronius tom. 12. ad annum Christi 1188. Pater Joannes Bapt. Scortia lib. 4. de Sacrificio Missae cap. 1. n°. 14. et alij tum antiquiores, tum PP. apud nos Videndi.

Probat 1° hoc ex Innocentio. 3. iam citato, qui postquam retulisset opiniones sui temporis Vigentes circa aquam in Calice existentem, addidit: Verum inter opiniones praedictas illa probabilior iudicat, quae asserit aquam cum Vino transmutari in sanguinem, Ut expressius eluceat proprietas Sacramenti. in quibus Verbis cum Pontifex dicat aquam cum Vino in sanguinem transmutari intelligit, quod simul, et Vinum in sanguinem transmutatur praesertim cum Pontifex indicaverit, ut testant communiter DD. Vinum non habere activitatem transmutandi aquam.

2° Pb. ex Concilio Bracarense 4°. Ubi Martin Episcopus Concilij preces nomine totius Concilij: non oportet, inquit, aliud offerri praeter panem, Vinum, et aquam quae in typo Christi benedicuntur, hoc est, consecrantur, ut communiter omnes interpretantur; si ergo panis, Vinum, et aqua consecrantur, panis Vinum, et aqua immediate convertuntur in corpus et Sanguinem Christi Domini. ad quod est [Flassid.] sa quae intendimus statuere. illud enim quod immediate consecrat immediate convertit in Christum Dominum.

Concordat Concilium Romanum sub Martino 1. Pontifice. non oportet aliquid aliud in sacrificio offerri praeter Vinum, et aquam, et panem. per hoc offerri intelligit Concilium consecrari, ut ex contextu Concilij facile deducitur. Consentit Carthag. 3. cui S. Aug. interfuit: in sacramento Corporis, et sanguinis Domini nil amplius offerat, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis et Vinum aqua mixtum. per quae Verba immediate benedictio, vel consecratio similiter intelligitur.

Dices ex his locis nihil convinci in favorem nostrae, quod tantum probant debere commisceri aquam cum Vino, ut hoc Sacramentum perficiat; non autem probant conversionem immediatam aquae in sanguinem Christi Domini. quod hoc ipso, quod miscetur aqua accedente tempore consecrationis, iam est in Vinum conversa, et consequenter non immediate Vinum, et aqua, sed solum Vinum in sanguinem Christi Domini convertitur. Dices, quod haec loca

indifferenter loquunt. de Vino, et aqua in ordine ad conversionem in sanguinem Xpti. Domini. Ac proinde l. indicant Pontifices, et Sicilia aquam n. transmutari a Vino, l. indicant quod si a Vino n. transmutetur, sive ob temporis brevitatem, sive ob insufficientiam Vini immediate est in sanguinem Xpti. Domini convertenda.

Idem ex S. Justinus antiquissimus Pater et Martyr apologia 2.a sic scribit: qui apud nos Diaconi dicuntur, dant unicuique corum qui adsunt, percipiendum panem, Vinum, et aquam, quae cum gratiarum actione consecrata sunt, isto cibus hic apud nos Euchar. nominat. Ex quo Verbis Sanctiss. Martyris, et Patris facile colligere est, quod si panis, Vinum, et aqua cum gratiarum actione consecrantur, panis, Vinum, et aqua immediate convertant in corpus, et sanguinem Xpti. Domini. S. Irenaeus lib. 4. cap. 57. sic inquit; Dominus temperamentum calicis esse suum sanguinem asseruit. in quo notandum est Verbum illud temperamentum, quod mixtionem aquae cum Vino significat; quod temperamentum si Xptus. Dominus voluit esse suum sanguinem aqua simul cum Vino immediate convertit in sanguinem Salvatoris.

Idem confirmat Hieronym. in cap. 14. Marci: Fundit, inquit, sanguinem suum in calice Vino, et aqua mixtis. Damascen. in lib. 4. fidei cap. 4. Non potest, inquit, panem sui ipsius corpus facere: et Vinum ... sanguinem. postea subiungit quomodo naturaliter per comestionem panis Vinum, et aquam, per potionem in corpus et sanguinem comedentis, et bibentis transmutat: sic et propositionis panis, Vinum que et aqua per invocationem, et adventum Spiritus Sancti supernaliter transmutantur in corpus, et sanguinem Xpti. Quid illustrius in confirmationem huius Veritatis potuit afferri?

Accedunt Ambros. lib. 4. de Sacramentis cap. 4.o Vinum, et aqua in calicem mittitur, et fit sanguis consecratione. Deinde subiungit: Ante Verba Xpti. calix Vini, et aquae plenus, ubi Verba Xpti. operata fuerint, ibi sanguis efficitur. Pascas. Corbeiensis Episcopus lib. de corp. et sanguine Domini cap. 1. Nec dubium, quin in hoc Mysterio illam bibamus aquam de qua Dominus: qui biberit aquam, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in Vitam aeternam. quare non inconvenienter etenim ob hoc idem aqua consecrat, ut quod

Aqua permaneat, ergo quod convertat in sanguinem. Praetermitto libenter aliorum testimonia quae facile occurrent apud scriptores.

Rursus Resp. Adversarii nos debere diligendo de mixtione aquae faciendae cum vino, quae prius in vinum naturaliter conversa, immediate convertatur in sanguinem Christi Domini. — Resp. de 1°. quia si simulamus doctores valde dubium est in philosophia an aqua prius convertatur in vinum, ut iam notatum est. Patres autem tanquam rem certam statuunt aquam in Calice mixtam convertendam in sanguinem.

Resp. 2°. quia propter temporis brevitatem, vel inefficacitatem vini potest non converti prius in vinum; quia Patres explicari non possunt de naturali conversione in vinum, ut postea convertatur in sanguinem Christi. Resp. 3°. quia loquentes de conversione immediate tam explicant aquam, quam vinum, et indicant Patres utrumque immediate converti. Rursus, si aqua prius in vinum naturaliter converteret, ut fiat conversio in sanguinem solum vinum converteret in sanguinem; sed Patres dicunt tam aquam, quam vinum converti: ergo etc. Cap. 4. Ratione statuta veritas comprobatur. = = = = = = = = = = = = = = =

Caput, 4um.

Ratione Statuta Veritas Comprobatur.

Prima Ratio sit. id immediate convertitur in sanguinem Christi Domini quod idem Dominus apposuit in Calice ad consecrandum; sed Christus Dominus apposuit in calice aquam simul, et vinum; ergo aqua simul cum vino immediate convertitur in sanguinem Christi Domini. Maior est evidentissima ex de toto contento in illo calice per modum potus verificentur verba Salvatoris. hic est Calix sanguinis mei. Minor enim certissima est. Videatur P. Vasq. disp. 176. cap. 2. legitime infertur, quia id, quod Christus Dominus apposuit in calice, materia saltem sufficiens est huius Sacramenti.

Dices 1°. quando Christus Dominus consecravit iam aqua illa conversa erat in vinum, ac proinde non aqua

immate, d. solu, Vinum. Conversum fuit in Sanguine Salvatoris. Hinc est, quod 40
Ecclesia tanto opere curet, ut aqua, quae Vino miscetur sit modicissima ut possit transmutari a Vino,
et quod detur notabile temporis spatium inter mixtionem, et Consecrationem, ut detur tempus sufficiens
pro huiusmodi transmutatione. Dices 1o, quod postquam Christus Dominus miscuit aquam cum Vino
statim consecravit ut colligitur ex Liturgia Beati Iacobi Apostoli. Non est autem credibile, quod
tam exiguo tempore illa aqua transmutata fuerit a Vino, stante quod Vinum habeat activitatem
transmutandi. Dices 2o, quod non fuit tam modica aqua illa, quam Christus Dominus infudit
quam potius dicendum omnino verum miscuit Vinum, ut colligitur ex Divo Basilio, qui dicit
Verum miscuisse aquis affatim.

Dices 3o: quod Ecclesia praecipit, quod si Sacerdos ante Consecrationem
sciat non fuisse aquam in calice appositam, apponat, et consecret nulla habita cura interpositionis
temporis sufficientis ad transmutationem: quod si Ecclesia iudicaret aquam prius
in Vinum transmutandam, semper voluisset reliqui sufficiens temporis spatium inter mixtionem
et Consecrationem. Dices 4o, quod ratio quare quam modicissima aqua miscenda est Vino dicit
Concilium Florentinum, non est illa, quam adversarius assignat, ut scilicet facilius in Vinum
transmutetur.

Ratio est, ut significet parvitas materiae separatae divinitatis, et excessus
infinitus, quo Divinitas excedit humanitatem assumptam, et quod humanitas Christi assumpta
ita deificetur, ut quamvis maneat in sua natura humanitas, illius dignitas, et opera ab
illa procedentia Divina censeantur.

Dices 2o. Concilium Florentinum dixit materiam huius Sacramenti
esse Vinum de Vite, cui modicissima aqua debet adhiberi, et Concilium dividit materiam huius
Sacramenti ab mixtione aquae cum Vino, quare aqua illa immate non convertitur in san-
guinem Christi Domini. Rursus: Vinum mixtum cum aqua non est Vinum de Vite; sed Concilium
dixit materiam huius Sacramenti esse Vinum de Vite; ergo Vinum mixtum cum aqua non
debet esse materia huius Sacramenti.

Dico, quod quando Concilium dixit materiam huius Sacramenti
esse Vinum de Vite modicissima aqua permixtum non excludit aquam a materia huius Sacramenti,
sed potius statuit partialiter componere materiam Sacramenti. Distinxit quidem materiam

nariam ex Sacramenti necessitate, aliam variam ex precepto. Vinum dixit eē mā variā ex Sacramenti necessitate; Vinum vero cū aqua mixtum dixit eē 'aliam variam ex precepto; quapp duplex mā p Consecrando Calice reperit. sive igit aqua convertat in Vinum ante Consecrationē, sive n convertat semp remanet tamquam mā Sacramenti cum Vino pmixta.

Hinc Cōtur. ad 2um, qd addit quamvis aqua solum n sit Vinum de Vite, commixta tn. cū Vino, dum maiorem quantitatē predominanti absolute, et simpliciter ē Vinum de Vite, q totum illud ꝑ communem loquendi modum appelat Vinum. Sicut quamvis in pane misceat aliquid Sulfuris absolute, et simpliciter denomi panis, dum maiorem Siliginis tritici quantitatē predominante: q totum illud ꝑ communem loquendi modū appelat panis. Hinc, qd semper mā huius Sacrati sit Vinum: cum hoc tamē stat qd Vinum purum, et lymphatū sit vera mā modo iam explicato; sive qd Vinum sit lymphatum dum initat tempus Consecrationis, sive n sit lymphatū, dat quid qd requirit tamquam mā sufficiens, ut fiat immediata conversio in sanguinē Xpti Dni.

Rationem hanc desumptam ex Conceptu mā sufficientem ad Sacratum pre ceteris omnibus, quę communiter adhibent in pbatione huius Veritatis efficaciorem iudico. sit in. 2a Vao. Communis Ecclesię Sensus Ecclia, et PP. dicunt post finitam Consecrationē nil aliud remanere in Calice nisi substam sanguinis Xpti Dni. totum q illum Callicum adorandum, ut qui totum totum, qd ibi includit sanguinem Salvatoris. Ecclesia inde precipit ieiuniū Sacerdotem post sumptionem Calicis, ut possit 2o celebrare ut facimus in die natalis Dni. & hoc totum n eet verum si aqua illa immate n convertat in sanguinem Salvatoris: ꝑ ttr. invenit cuilibet mini e ex significatione verborum consecrationis, quę totum Calicem sive totum illud Vinum liquidum comprehendunt.

Probat Minor; in casu illo in quo Sacerdos immate ante Consecrationem misceret aquam cum Vino, n posset aqua in tam brevi temporis intervallo transmutari a Vino; ergo aqr

Disputatio, 7.ª

De conversione sive transsubstantiatione panis et vini in corpus, et sanguinem Christi Domini.

Caput, 1.um

Supponuntur aliqua

Difficultas celeberrima est quam instituimus, pro cuius exacta resolutione aliqua supp. ur. - Supp.dum est 1.º tanquam catholica veritas in venerabili eucharistiae sacramento, contineri, vere, et realiter, et substantialiter Christum Deum, et hominem. Constat haec veritas ex sacro sancto Evangelio, perpetua ecclesiae traditione, ex Concilijs Niceno, Alexandrino, Ephesino, Constanciensi, Lateranensi, florentino, et Tridentino sessione 13 per totam praesertim canone 1. Videantur inter Graecos Ill. Card. Belarminus qui quatuor libris agit contra haereticos de hoc augustiss. eucharistiae sacram.to P. Suares tom. 3. in 3. p. disp. 46. P. Vasquez disp. 185.

Supp.dum est 2.º huius modi actionem per quam Christus Dominus ponitur sub speciebus sacramentalibus esse vere perfectam conversionem quod quidem ex definitione conversionis evidenter deducitur, quia conversio iuxta Philos. et Theologos est mutatio unius rei in aliam. quapropter Concilium Tridentinum dicit per consecrationem panis, et vini conversionem fieri totius substantiae panis in substantiam corporis Christi Domini et totius substantiae vini in sanguinem eius ex multiplici conversionum differentia quam distinguere non opus est. Nascitur quod haec conversio sit totalis substantialis, quia non manet substantia aliqua communis utrique termino, sed tota substantia variatur, cum de iure conversio haec eucharistica transsubstantiatio a Concilijs communiter appellatur.

Supponendum est 3.º

quamcunq actionem absolute et simpliciter Conversionem versari inter duplicem terminum positivum, unum a quo et alterum ad quem. terminus ille positivus qui relinquitur et destruit dicit terminus a quo; terminus ille positivus qui succedit dicit terminus ad quem. Unde in quacunq conversione includunt duæ mutationes partialiter Conversionem integram componentes, una negativa, et altera positiva. Ut quando convertitur subiectum frigidum in calidum, dat una mutatio negativa, de frigido in non frigidum, dat insuper altera positiva de non calido, in calidum. 1a habet pro termino a quo frigiditatem, et pro termino ad quem privationem eiusdem. 2a habet pro termino a quo negationem caloris, et pro termino ad quem calorem ipsum productum; quapropter sicut omnis conversio duas mutationes includit, et quælibet mutatio duplicem terminum, conversio quælibet amplectitur quatuor terminos duos positivos, et duos negativos.

Suppositum 4.

Ex his tris requisitis ad conversionem posse concipi, et terminum totalem, et terminum formalem. V. g. quando lignum convertit in ignem terminus totalis a quo est compositum ligneum, quod destruit per adventum novi compositi. terminus formalis a quo est forma ligni, quæ similiter destruit per ingressum alterius formæ incompatibilis. terminus totalis ad quem est compositum igneum quod producit, et terminus formalis ad quem est forma ignis de novo introducta. – certum est in quacunq conversione debere destrui terminum totalem a quo, et produci terminum totalem ad quem. certum deinde est non semper debere destrui terminum formalem a quo. dubium præterea est an semper debeat produci terminus formalis ad quem.

Probatur 1. quod in quacunq conversione destruit saltem unio formæ præexistentis cum illo termino communi remanenti in utroq composito; sed eo ipso quod destruat unio formæ præexistentis destruit compositum præexistens, quod est terminus totalis a quo; ergo semper destruit terminus totalis a quo. Conversio semper debet produci aliquid ratione cuius novum compositum dicat succedens antiquo; sed eo ipso producit de novo terminus totalis ad quem; ergo etc. Utergo discursus nititur in eo, quod ut destruat, et producat compositum non requiritur quod destruant, et producant omnes partes compositi: sufficit enim quod destruat,

educat aliqua illius pars, si reliquę supponant existentes. 2º in conversione qua compositum vividum convertit in cadavericum in qua forma realis præexistens non destruit. 3º quia in conversione Eucharistica dubium est, an educant corpus, et sanguis Christi omni quę ss. terms formalis ad quem.

Suppositum est 3. debere dari connexionem aliquam inter destructionem termini a quo, et inceptionem termini ad quem ratione incompatibilitatis, quę reperit in utrumque terminum ratione alicuius tertij communis, sive hęc incompatibilitas sit ex natura rei, ut inter formas subiles adęquatas respectu eiusdem subiecti, sive solum moralis, ex aliquo decreto Divino, vel humano, ut si Canonicus relicto Canonicatu, fieret Episcopus converteret quidem in Episcopum. hinc colligit debere dari aliquid sive subiectum sive tertium commune utrique composito in quo hęc pugna, sive incompatibilitas exerceat. incompatibilitas enim, sive contrarietas non exercet, nisi in ordine ad unum, et idem terminum. ut videmus in calore, et frigiditate quę non pugnant ratione diversorum, sed ratione unius, et eiusdem subiecti. 2. Gran. disp. 4. sect. 1. afrat hanc conditionem non esse requisitam ex conceptu rigoroso ss. conversionis, quo parum curandum est, cum de facto reperiat in qualibet conversione tertium aliquod ratione cuius hęc incompatibilitas exerceat.

Observat Cardin. de Lugo disp. 7. nº 7. aliquando introductionem unius formę incompatibilis esse cum formalem expulsivam alterius, calor enim formaliter expellit frigidit, et expulsionem frigiditatis effectum secundarium provenientem a calore; aliquando vero introductionem unius formę non esse eam formalem expulsionis alterius; ignis enim non expellit formaliter formam ligni, quia cum ante formam ignis dantur in ligno dispositiones ad ipsam formam per aliquo priori sit, ad quod nas dispositiones expelant dispositiones requisitas ad formam ligni. Deinde quia contingit, ut independenter a forma ignis expellat forma ligni per defectum suarum dispositionum, et consequenter forma ligni non expellit formaliter et immate a forma ignis, quia solum desinit ex defectu dispositionum, quas requirit, quę formaliter, et immate, expelunt a dispositionibus formę ignis introductis.

Displicet observatio hec. q quamvis in eodem instanti reali in quo introducitur Ultima dispositio ad formam ignis producat forma ignis, et expelat Ultima dispositio ad formam ligni, Ut expelat ipsa forma ligni, adhuc tamen in hoc eodem instanti reali tria instantia rationis concipienda sunt. 1.° in quo illigit Ultima dispositio formæ ignis, tanquam prior, et tanquam causa formæ ignis, et expulsionis dispositionum aliarum incompatibilium cum dispositionibus ignis, et ipsius formæ ligni. 2.° in quo illigat forma ignis et expulsio dispositionum incompatibilium tanquam effectus, et quod natura posterius dispositione Ultima ad formam ignis. 3.° in quo illigit expulsio formæ ligni tanquam posterior natura, et quid subsequutum per defectum propriarum dispositionum et per introductionem formæ ignis incompatibilis. Hinc est quod quamvis forma ligni expelat immate per defectum dispositionum propriarum, expelat etiam per aduentum formæ ignis incompatibilis, neque negari potest, quod Ut non immate saltem mate expelat per aduentum ignis. hanc eandem doctrinam docuimus in lib de generatione disp. 3. Cap. 3. = Caput 2. prima Sententia Refertur, et impugnatur. = = = = = =

Caput, 2.um

Prima Sententia Refertur et impugnatur.

Hæc omnia Occurrere debent in hoc mysterio, Ut veram, et perfectam rationem Conversionis Sortiatur, quapropter debet produci aliud incompatibile cum Substantia preexistente. difficile autem est explicare, quod producat ex Vi huius actionis transsubstantiativæ, Ut iure merito dicatur Conversio hæc Substantialis. 1.a Sententia docet requiri aliquam nouam actionem tratam ad ipsam Substantiam corporis, et Sanguinis Christi, non quidem quæ producat, Supponit enim iam existens in cælo, de qua, Vel reproducat, Vel Sistat Sub Speciebus Sacramentalibus huius sententiæ P. Suar. disp. 50 Sect. 4. P. Conine Artic. 4. dubita. 5. P. Hurtado. 2.° prio physico q 1. n.° 42. P. Fran. disp. 6. Sect. 3. P. Henao. disp. 6. Sect. 3 n. 26. P. Petrus Hurtado disp. 2 de generat. Sect 4. P. Arra in cursu

quod in Universitate

actione transubstantiativa si tradit ad substantiam corporis, et sanguinis Christi. Et:
actio transubstantiva precise tendit ad hoc quod Christus Dominus cum accidentibus panis,
et vini constituat sacramentum eucharisticum; sed hoc asequi potest sine nova
productione substantiae corporis, et sanguinis: ergo non tradit ad substantiam corporis et sangui
nis producendam, et conservandam. Maiorem evidentissime constat; legitime infertur.
Probatur minor: si per illam actionem producat presentia, vel unio, vel quilibet alius modus
actualis, quo Christus Dominus ponat sub illis accidentibus resultabit eucharisticum
sacratum. Quod enim aliud est eucharisticum sacratum nisi Christus Dominus
sub illis accidentibus constitutus? sed ad hoc non est necessarium, quod actio producat et
conservet substantiam Christi Domini, sed quod producat presentiam, unionem sive modum alium
actualem: ergo etc.

Respondetur potest ex doctrina P. Conine, impossibilem esse eandem entitatem
in duplici loco constitui, quin bis producat. Ex quo primo deducit hic Auctor tum pro
ductionem novam Christi Domini sub accidentibus eucharisticis, tum multa alia, quae
in philosophia docuimus, non posse competere eidem entitati in duplici loco positae, quae
in presenti repetenda non sunt. Contra hunc singularem dicendi modum sic ar
guitur: non est necessum, quod producat iterum entitas, ut existens in hoc loco, occupet
alium distinctum; ergo non est necessarium, quod ut Christus Dominus existens in caelo occu
pet locum substantiae panis, et vini iterum producat sub accidentibus illis.

Antecedens probatur 1°:
Angelus existens in dimidia parte huius aulae, potest aulam totam occupare per acquisitionem
novae presentiae vel ubicationis, quin iterum producat substantia Angeli in alia parte aulae.
2° quia anima realis, dum homo per nutritionem acquirit maiorem quantitatem, occupat maius
spatium, sine nova productione sui sub illa maiori quantitate requisita.
3°, quando homo, vel Angelus relicto uno loco occupat alium, non reproducitur homo
vel Angelus, sed fit collocatio nova, sive unitio cum novo loco: igitur
similiter quando homo, vel Angelus duplicat in alio loco non reproducitur.

Subita Locata, d. Solum pdicit Diunctio cu nouo loco. Responsione huius Argumenti singularem doctrinam tradit P. Conine, quae optime impugnat a Cardl. de Lugo, disp. 7. sect. 5. per totam.

Q. aliqui quoq, Principe e P. Suar. Loco citato defendunt, hanc actionem transsubstantionis terminatam ad Subitam Xpti Dni puenire ab humanitate ipsius Xpti, et ideo docent, idem posse esse cam sui ipsius, qd in 2° physicorum a nobis refutatum e, q. Sequeretur idem presupponi ad se ipsum, qd infallibiliter infert qdq omnino implicatorium ascruimus, quapropter sicut aliunde cogimur ad ponendam causalitatem physicam in Subita Xpti Dni non docemus puenire ab humanitate ipsius Xpti, quia sequeretur Xptum Dnum esse cam sui ipsius.

Rt 1. P. Suar. sect. 5. idem n posse esse cam sui ipsius quo ad primam productionem, bene tamen quo ad Secundam productionem. quapropter si Xptus Dnus n potuerit se 1° producere, produceret tamen se in hoc Sacramento per Secundam actionem, l. productionem. Dc, quod per hanc responsionem n. euitatur, qd idem sit prius se ipso, quia licet per aliud habeat prioritatem tu est, Xptus tamen Dnus n habet prioritatem tu sui ipsius. Sicque officio discursum. per prioritatem eq non solum dicamus prioritatem actionis ad effectum, d. multomagis prioritatem ipsius cae Dum sua entitatem, ad effectum Dum suam entitatem; d. hoc n dat nisi Xptus Dnus se educat per 2am actionem Sub Speciebus Sacramentalibus; neq per 2am actionem potest Xptus Dnus se producere Sub speciebus Sacralibus.

Rt alij 2°: Xptum Dnum esse, n quidq cam physicam, d. Solum moralem sue Substantie, sub illis accidentibus, quatenus Vit. Xpti humanitas monet Deum et per merita ipsius facit eum Stupendum miraculum producendi physice ipsum Sub accidentibus Eucharisticis. Dc 1, q Xptus Dnus existens physice in Celo exercet huiusmodi moralem causalitatem. igitur Supponitur physice existens ad productionem moralem sui ipsius, et sic Supponitur ad se ipsum, qd e absurdum, qdq vitare intendimus.

(a) Dico 2.º hanc responsionem ... in re de modo discurrendi; an sit primum meriti possit cadere sub ... in qua negatiuam partis communiter amplectuntur Theologi. cum q. Xptus Dnus secundum suam Substantiam sit primum meriti productionis Suip. sius Sub accidentibus panis, et Vini, fieret et primum caderet sub merito. (a) 3.º Xptus Dnus de facto solum ea moralis, admodum productionis illius ..., qui sufficit ad Veritatem Verborum Consecrationis: d. productio praesentiae, V. praesentis Xpti Dni Sub illis accidentibus, sufficit ad Veritatem Verborum Consecrationis, et sine fundamento asseritur productio Substantiae Xpti Dni.

... Respondent 3.º Aliam Xpti Dni producere corpus: corpus vero producere aiam, in hoc augustiss. Sacramento; qua responsione vitari videntur incommoda, quae superius inferebamus. (a) Dico 3.º et hanc responsio statuat distinctionem realem inter ... eam, et effectum, ponit tamen nullam causalitatem inter corpus, et animam quae Philosophi et Theologis inclusa est inter causas physicas. Quinde cum non sit ponenda ulla causalitas, nisi illa, quae sufficit, et requiritur ut verificent Verba Consecrationis, non est fundamentum ad dicendum terminum actionis huius esse Substantiam aliquam Christi Domini. Cap. 3. reliquae Sententiae referant, et refellunt.

Caput, 3.um

Reliquae Sententiae Referuntur, et Refelluntur.

Secunda Sententia est aliquorum Thomistarum, qui dicunt, non quidem produci Substantiam corporis et sanguinis Dnum se in hoc Sacramento, sed ut factam ex pane et Vino, sive tanquam id in quod convertitur panis, et Vinum, ita quod terminus actionis transsubstantiatiuae sit Substantia illa Xpti Dni ut est terminus in quem convertitur Substantia praeexistens. haec sententia difficultatem non explicat, obscurissimis ...

Reduplicationibus potius confundit terminum transsubstantionis qui clarissimis terminis erat explicandus.

Rogo hos DD. Lqd substantia Christi, ut facta ex pane addit aliqd supra substantiam ipsius Christi, l. n addit aliquid. Si addit aliqd. l hoc ē aliqd substantiale, l. aliqd accidentale. si substantiale, ergo aliquid aliud substantiale reperit in hoc Sacramento prter substantiam Christi Dni. qd quidem dicendum n ē. si accidentale; ergo iam actio transubstantiativa n terminat ad aliqd substantiale, d. accidentale, rursus nil accidentale reperit in hoc Sacramento nisi accidentia substantiæ præexistentis cum actione ipsa transubstantiativa, d. hæc actio n terminat ad accidentia substantiæ præexistentis, ut evidentissimum ē; nec terminat ad seipsam, qe a terminis totis debet ee alienum.

3a Sententia ē, quæ defendit P. Gregorius Valentia, disp. 6. q. 3. dicens productionem substantiæ Christi Dni ablatæ, et simpliciter n ee necessariam ad conversionem eucharisticam; ceterum necessariam ee productionem alicuius modi substantialis, ut possit hæc conversio substantialis nuncupari. Falsitatis convincitur hæc sa. qa ut veniam primam, quicunq modus intercedens inter substantiam, et accidentia, accidentalis ē, et conseq. ille modus productus et substantiam Christi Dni, et accidentia substantiæ præexistentis, n potest ee substantialis. quapp tam certum ē nunc modum sacramentalem qui ē terminus actionis transubstantiativæ ee accidentalem, quam certum ē Christum Dnum accidentaliter ee constitutum sub speciebus sacralibus.

4a Sa ē, quæ tuet P. Vasquez disp. 182 cap. 12 explicans conversionem eucharisticam, n quidem p productionem alicuius rei substantialis, et p ordinem quendam substantiæ, in substantiam, præexistentis, et succedentis, sive p denominationem quandam extrinsecam, qua panis, et vinum dicunt converti in corpus, et sanguinem Christi Dni. Fundamentum autem huius denominationis ē desitio panis, et vini, n quidem p solam divinam voluntatem, d. p adductionem substantiæ Christi, prout significatur p verba consecrationis, cum ex significationis verborum primario statuat substantia Christi sub illis accidentibus; secunda

Secundaria itaque destructio substantiae panis, et vini.

Praetermitto impugnationes, quae communiter fieri solent contra modum discurrendi P. Basquez. displicet propter duo, 1.° quia nisi statuatur actio unitiva substantiae corporis Christi cum illis accidentibus substantiae praeexistentis non explicat incompatibilitatem utriusque, quae per actionem conversivam exercet, ut postea videbimus, cum ex parte termini succedentis debeat assignari aliquid ratione cuius sit causa expulsiva alterius. 2.° quia tota connexio, quae reperit inter decisionem panis, et vini reducit ad indivisibilitatem significationis verborum consecrationis, quatenus ut verba consecratoria utrumque significant. decisionem panis sub speciebus accidentibus, et positionem substantiae Christi sub eisdem.

Hoc autem non potest esse verum, quia tota connexio, quae reperit inter decisionem unius, et positionem alterius debet nasci ex eo, quod unum sit causa destructionis alterius, ut requirit ad conversionem physicam; non autem ex eo, quod verba simul significent utrumque quandoquidem sequeretur unum destrui concomitanter ad positionem alterius, non vero destrui ex vi positionis termini incompatibilis. Optimum est exemplum quod adducit de Lugo. si sacerdos unica forma absolutionis absolverit duos homines dicens ego vos absolvo remissio peccati unius hominis, pure concomitanter se haberet ad remissionem peccati alterius, atque per unicam formam absolutoriam utriusque remissio significaretur, quia non mirum ablatio obvia unius, non est causa ablationis alterius. Sic similiter positio obvia substantiae corporis Christi sub illis accidentibus non est causa expulsionis substantiae praeexistentis, sed per individuam formam utrumque significatur.

Secunda. quam propugnat Scotus dist. 11. q. 3. Card. Belarminus lib. 2.° de eucharistia cap. 16 plures que alii quae asserit terminum productum in actione transubstantiationis esse ubicationem sive praesentiam corporis Christi sub speciebus sacramentalibus. nil enim aliud requirere videt veritas verborum consecrationis, nisi quod corpus Christi iam productum et existentis

in Cœlo fiat intime presens per Ubicationem, sive presentiam Sacramentalem ex vi huius actionis productam a . ibus panis, et vini.

Non amplector huiusmodi sententiam, 1° quia per hanc intimam presentiam localem non assignat aliquid incompatibile unde . . ius Antiqua Substantia destruat per adventum Subsequentis, quia semel posita intima penetratione et Destitutione Utriusque Substantie in eodem loco optime componitur, et toleratur. Requiritur vero ad physicam Successionem quod preter naturalem illam repugnantiam quam habet duplex quantitas ad occupandum eundem locum exerceat aliquid Substantia Succedens incompatibile cum exercitio sibi preexistentis.

. . huiusmodi actio non sufficit ad Veritatem Verborum Consecrationis. Requiritur enim ad Veritatem illorum, quod Substantia Christi possit demonstrari per illa accidentia sub quibus Substantialiter continetur. hec autem demonstratio fieri non potest per solam presentiam intimam, quia cum Deus sit intime presens omnibus creaturis, Demonstrato lapide possemus dicere cum Veritate hic est Deus. quapropter naria est aliqua alia Unio, ut ostensis illis accidentibus possimus dicere cum Veritate hoc est corpus meum. hic est sanguis meus. pretermitto alias rationes que facile possunt impugnari. Cap. 4 Sententia nostra profertur, et probatur.

Caput, 4.um

Sententia nostra Profertur, et Probatur.

Iudico cum P. Moniz in disp. Theologicis disp. 11. Cap. 14. P. Aveiracio eius discipulo tractatu de Eucharistia disp. 14 Sect. 6. et aliis Nobilissimis . . . . mirabilis huius actionis Transsubstantiationis quamdam miraculosam Unionem physicam, et Realem, qua Substantia Christi . . . Unitur cum accidentibus Substantie preexistentis. . . . aliquantulum huic Assertioni P. Dicastillo Tract. 4 de Sacramento Eucharistie disp. 2. dubita. 18 quatenus . . . . Christi cum accidentibus

Adplat unionem abstrae, et substantiam aliam physicam, et realem illius subiecti cum accidentibus Eucharisticis, solvitque argumenta quae contra hanc assertionem poterunt obiici.

Ergo observanda sunt in hoc Cap. 1um quod posita hac unione tanquam termino formali productionis, resultat sacramentum Eucharisticum, quin aliquid aliud producat ex vi actionis transubstantiativae. 2um possibilitas, et existentia huius unionis per quam hoc admirabile mysterium explicamus. 1um evidenter meo iudicio probatur discursu iam facto Cap. 1o et 2o, si extrema unibilia supponant existentia nil aliud producere necessum est, nisi unionem horum extremorum, ut resultet integrum, et adaequatum compositum. Sed cum corpus Christi, et accidentia substantiae praeexistentis supponant existentia nil aliud producere necessum est, nisi unionem hanc sacramentalem ut resultet Eucharisticum sacramentum; ergo actio transubstantiativa tendit ad dandam existentiam Eucharistico sacramento; quod erat etc.

Veniamus ad 2um in quo maior est difficultas. Cum enim corpus Christi non possit esse subiectum talis unionis, quando quidem non recipit per talem unionem accidentia panis, et vini non potest exercere id, quod antiqua substantia exercebat virtualiter accidentium; et sic nihilo melius explicat transubstantiationis mysterium per hanc unionem miraculosam in praesenti a nobis assignatam. Possibilitatem tamen istius unionis his non obstantibus persuadet, exemplum unionis hypostaticae; quantumvis enim subsistentia creata sit modus non substantiis superadditus, naturam propriam modificans, et terminans, et trahens, quae proinde recipit in natura per illam subsistentiam, ut possit in homines denominationem tribuere.

Nihilominus tamen per talem unionem communicari substantia increata Verbi Divini per quandam unionem miraculosam, quin talis unio recipiatur in Verbo, tanquam in vero subiecto; neque subsistentia increata sit modus creatus naturae; et propterea talis unio tendit ad subsistentiam Verbi tanquam ad purum terminum intrinsecum; et ideo solum recipiatur in humanitate assumpta, tanquam in vero subiecto: ita similiter communicari potuit substantia Christi enim modus aliquis

Quia sit formalis Unio cum accidentibus panis, et finis quin Xptus (Christus) sit subiectum talis Unionis, neque inficit ab illis accidentibus, d. tantum sit purus terminus intrinsecus; sit aliqui substantia propria recipiat Unionem cum proprijs accidentibus, et informet ab illis.

dispositionem in quocumque eventu tanta necessitate petitam a Sacram, ut homo non possit percipere fructum illius si prius non habuerit gratiam. defendo 3º, quod hic homo non ponit obicem Sacramento, quia ponere obicem est ponere aliquid in Sacramenti susceptione, quod possit obstare gratiæ producendæ; attritio autem illa non potest esse obex; Similiter foret obex in Sacramento baptismi, et pœnitentiæ, quod nullus catholicus decedet.
Caput 3. objectiones diluuntur. = = = = = = = = = = =

Caput, 3.

Obiectiones diluuntur.

Objici potest 1º argumentum desumptum ex impugnatione quam facit C. de Lugo aliquos modos explicandi quomodo hoc Sacramentum causet per accidens, et secundario primam gratiam. sic autem instrui potest argumentum. tota virtus Sacramenti est ex institutione Christi; sed virtus proveniens ex institutione Christi convenit Sacramento per se, non vero per accidens; ergo virtus, quæ convenit Eucharistiæ ad causandam primam gratiam, convenit Sacramento per se, non vero per accidens. Unde si hoc Sacramentum non habet conferre hunc effectum per se, neque per accidens habebit conferre quia Sacramentum non habent conferre alium effectum, nisi illum ad quem sunt ordinata ex Divina institutione, quæ Divina institutio facit procul dubio Sacramentum per se causativum illius effectus.

Respondeo negando. Ne faciamus quæstionem de nomine si per hunc terminum per se intelligat hoc Sacramentum conferre illam primam gratiam ex Divina virtute communicata huic Sacramento a voluntate Christi Domini instituentis, in hoc sensu fatemur hoc Sacramentum esse per se causativum primæ gratiæ sanctificantis, quia ad hoc habet virtutem a Xpto Dño communicatam

S.i V° hic terus perse significet hoc Sacramentũ causare primam gratiam in Statu quodam quẽ Deus directe n requisiuit p Voluntẽ intentiuam, et affectiuam ex p te Suscipientis Sacramentum, d. p accidens, et indirecte, supp errore illo inuincibili, quo homo existimat se ee in statu iustificantis gratiæ d tibetur in hoc sensu fatemur hoc Sacratũ indirecte p accidens, et secundario, n V° pse causare primam gratiam itaq quando Sacratum n causat in statu illo quẽ Deus directe Voluit ee dispositione ad Sacratum, n dicit causare pse. quando V° causat in statu illo quẽ Deus directe Voluit tanquam dispositione ad Sacratum dicit causare primario et per se.

itaq hoc Sacratum in Subto dupliciter disposito potest grãz causare. 1° potest ee Subtum dispositum dispositione illa quam Deus et Sacramentũ directe intendunt. hac dispositione dispositum e Subtum hens iam gratiam iustificantẽ qua dispositione posita Sacratũ primario, directe, et pse operat, q causa dicit hoc modo operari, quando inuenit dispositionẽ, quam hoc modo petit. Secundo potest ee subtum dispositum dispositione ex errore inuincibili contingenti, quem neq directe Deus intendit, neq Sacratum, quandoquidẽ error ille ac Sirmmẽ prouenit ex Voluntate permissiua Dei, n intentiua neq affectiua; dicit ẽ Sacratum in hoc casu n primario, et pse, d. secundario, et p accidens operari, q operat in subto disposito, qualiter n intendit.

Objicit 2°: nil de Sacramentis debemus afferre, qd ex Scriptura, Concilijs aut PP. n colligat, d hoc Sacratum aliquando causare primam gratiam, neq ex Scrip. Concil., aut PP. colligit. Ergo Confirmat: ad Sacramenta Viuorum sint instituta ad augendã gratiam n e unũ ad colligendum posse causare primam gratiam, q gratiæ [illegible] quid distinctum, et separabile. Rñ argumẽ

... tum quam probabiliter ex Scriptura ... et ... nihilominus satis defendamus.

Probationis ... : nos enim non inse... ad ... hoc Sacramentum sit institutum ad augmentum gratiae habitualis ... sit etiam institutum ad primam gratiam ... potuit enim optime Sacramentum institui ad unum effectum ... ad alterum cum hoc totum ex divina voluntate dependerit; asserimus autem in Sacramento Eucharistico de facto ... virtutem ad utrumque effectum ... duo illi fines sint realiter separabiles, sacramentum tamen ad utrumque habet institutionem.

Obiicit 3° Cathecismus ... loquendo de hoc Sacramento dicit monendos esse pastores ut qui re ipsa hoc Sacramentum utiliter percepturus est, gratiam antea adeptus fuerit. ... Cathe. dum pastores docet ut moneant suas oves manifeste ostendit se non loqui in casu nostrae quaestionis, sed quam non minus se debent preparare ad communionem christi fideles. homo enim ille, qui habet contritionem existimatam, ... si habeat copiam confessarii re vera tenetur ... praeceptum impositum de confessione, ante quam quis accedat ad hoc Sacramentum.

Obiicit 4°: si attritio, quae existimetur contritio, sufficeret ut Eucharistia causaret primam gratiam, cur D. Paulus tam sollicitus est, ut homo se probet ante communionem ... probatio ... consilium est confessio sacramentalis ... certe non alia ratione ... si homo se existimet contritum, confessione contingere potest, ... re vera non sit contritus, eo ... privet fructu huius Sacramenti: ... in casu nostrae quaestionis praecise ex attritione, quae existimetur contritio, non potest homo percipere fructum Sacramenti.

... notando ... non dixisse D. Paulum loqui de probatione facta per confessionem sacramentalem.

& ad ecclesiastica consuetudo declaravit eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur ad eucharistiam accedere debeat absque confessione Sacramentali, si habeat copiam confessarii. Unde si ille homo accedit ad eucharistiam in casu nostrae quaestionis, non videtur probationem requisitam a D. Paulo, et ab ecclesiastica consuetudine.

R. 2.° nego illum, qui non est conscius peccati mortalis, ad se ipsum hic post diligentem conscientiae discussionem nihil habere nec ex D. Paulo, neque ex ecclesiastica consuetudine quominus percipere possit fructum Sacramenti. si habeat attritionem omnium mortalium saltem in confuso. R. 3.° consilium non praecipisse confessionem Sacramentalem ante communionem praecise ne homo defraudetur fructu huius Sacramenti, quia si hoc verum esset, ante reliqua Sacramenta vivorum imposuisset praeceptum confessionis Sacramentalis. quare praeceptum confessionis Sacramentalis non ex periculo amittendi fructum huius Sacramenti, sed ex maiori reverentia tanto Sacramento debita nascitur.

Obijcit 5.° hoc Sacramentum est cibus, sed cibus nil prodest mortuis: ergo hoc Sacramentum non prodest mortuis. Confirmatur: Sacramenta novae legis causant effectus illos quos significant; sed hoc Sacramentum non significat primam gratiam sanctificantem, sed solum gratiam nutrimentalem: ergo hoc sacramentum non potest causare primam gratiam, sed solum gratiam nutrimentalem. — R. hoc sacramentum dici cibum non quia in omnibus sit omnimoda aequalitas inter utrumque cibum corporalem scilicet et spiritualem, sed quia hoc sacramentum manducatur, ut causet suum effectum sicut cibus corporalis. Ex quo sic arguitur, si daretur aliquod Sacramentum inter fideles quod manducatum haberet vim non solum confortandi, sed restituendi hominem ad vitam spiritualem, procul dubio dici posset cibus spiritualis. ergo ex appellatione cibi, nil contra nostram sententiam colligitur. Confirmatio eam proxime dictis

et ex intentione primaria, et 2.da Sacramentorum facile dissolvit.

Obijcit 6. si attritio invincibiliter existimata contritio sufficeret ad percipiendum fructum huius Sacramenti, si aliquis invincibiliter ignoraret se esse baptisatum, capax esset recipiendi utiliter Sacramenta, et qui invincibiliter putaret se habere attritionem supernalem quam tamen re vera non haberet, accederet utiliter ad Sacramentum baptismi, penitentiæ, Eucharistiæ etc. hæc et similia dicenda non sunt. Ergo etc. Probat. homo ille qui invincibiliter oblitus est peccati mortalis habet propositionem sufficientem ad accedendum ad hoc sacramentum, et non habeat attritionem a peccatis mortalibus: ergo percipit fructum huius Sacramenti.

Respondeo ad primum casum baptismum esse ianuam reliquorum Sacramentorum et ideo si existimet homo se esse baptisatum, si re vera non sit, non percipiet utiliter sacramenta reliqua. ad 2.um nunquam de facto remittit peccatum aliquod sine aliquo actu detestativo peccati, qui quidem debet esse supernalis, ut ex dictis, et PP. sat abunde colligitur. Hinc ad confirmationem facilis est responsio; Sacramentum enim Eucharistiæ non remittit peccatum mortale sine retractatione supernali. est quam bene apertissimum est Tridentini testimonium, Motus Attritionis (sive perfectæ sive imperfectæ) fuit quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum necessarius.

Cap. 4. quando eucharistia confert gratiam Sanctificantem?

Caput, 4.um

Quando Eucharistia Confert gratiam sanctificantem?

Gratia Sanctificans, quæ per hoc sacramentum confertur promissa est manducanti ex illud, qui manducat me, ipse vivet propter me. qui manducat meam carnem etc.ta et ideo hoc Sacramentum quod manducatum causat suum effectum. qua propter

tota difficultas deboluit ad id Vt statuamus, quando hoc sacramentum absolute dicat manducari, Vt ex hoc tandem colligat quando conferat gratiam sanctificantem.

P. Basquez disp. 203 Cap. 2.° N.° 17 asserit negari non posse species sacramentales vere manducari cum sint in ore et dentibus conterunt. Xa significatione huius Verbi manduco statuit certo non potest an Eucharistia dum existit in ore, non vero solum dum traijcit ad stomacum gratiam sanctificantem conferat cum hoc solum pendeat ex voluntate Dei sacramenta pro libito instituentis.

Card. de Lugo. et P. Arria. inconsequentis notant P. Basquez quia si certum est species sacramentales manducari dum sunt in ore non videt posse negari tunc accipi fructum sacramenti, neque debet reiingui divino arbitrio cum habeamus iam claram promissionem Dei gratiis conferendis manducanti qui manducat hunc panem vivet in æternum. P. Dicastillo disp. 8. dubitatione 2a acriter invehit contra Lugo, eo quod inconsequentem notarit P. Basquez; discordia haec ex dicendis componetur.

Asserendum est 1.° non sufficere haerere species illas sacramentales in ore, neque dentibus conterere, Vt haec dicantur manducari. Probatur ex communi modo loquendi. nullus enim censet frangere ieiunium ecclesiasticum, quod per manducationem re vera frangit, si dentibus conterat quos unque cibos, dummodo non traijciat in stomachum: imo neque ieiunium naturae qui frangere iudicat, quantumvis tota diluat os aqua, vel vino. si neque minimam particulam in stomachum traijcit. aliquid ergo aliud requirit ad manducationem praeter illud quod assignavit P. Basquez. unde gratia conferenda per hoc sacramentum non communicat quando praecise species sacramentales habent in ore vel dentibus conterunt.

Asserendum est 2.° tunc dari manducationem perfectam

quando cibus ultra traijcit p guttur, et pertingat illum terminum, in quo
manducatio censetur manducatio completa, sive illud terminus sit dividens
inferiorem partem gutturis a superiori, ut videntur aliqui sentire, sive sit
quando cibus attingit partem illam stomachi, in qua per virtutem vegetativam
suam potest ad nutritionem vitaliter alterari, ut volunt alij. Unde
hoc sacramentum causat gratiam, quando pertingit istum terminum perfectae
manducationis.

Cardin. de Lugo addit particulam illam cibi, quae dicitur
manducata debere esse ultra illum terminum iam assignatum, ita ut naturaliter
revocari non possit ab alijs partibus cibi remanentibus in ore, cum quo fiat
continuationem. Indico tamen hanc revocabilitatem, seu irrevocabilitatem variam non
esse, ut quis dicat cibum manducare. Ratio est quia ut quis dicat esse intra
domum, templum, cubiculum etc. nil omnino revocabilitas impedit ex
communi loquendi modum, quia si aliquis taliter alligatus intraret
in templum ut a funibus foris existentibus trahi posset, vere diceretur
esse in templo, et facillime posset revocari e templo: et similiter cibus
posset revocari ex stomacho, si tamen attingit terminum illum vere dicatur
manducari.

Ex quo colligit 1° quod si hostia aliqua consecrata esset talis
figurae et magnitudinis, ut una illius extremitas esset in ore, altera
autem in stomachum descenderet vere esset manducata extremitas illa
attingens stomachum, et consequenter causaret gratiam sanctificantem, licet facile
revocari posset ratione extremitatis illius existentis in ore. Colligit 2°
quod si quis cogatur eijcere hostiam consecratam, antequam pertingat illum terminum
in quo manducatio perficitur, non recepturus est gratiam sanctificantem.
Colligit 3° illum, qui re-
tenta una particula in stomacho reliquas eijcit, recepturum esse gratiam
a sacramento hoc, quandam quamlibet partem et minutissimam gra-
tiam sanctificantem operatur. Colligit 4°, quod etiam si eijciat omnes

Speciei Sacrales iam receptos in illo tro, i. in Stomacho, nil ominus gratiam Sanctificantem e recepturus, quia hoc Sacramentum in instanti, l tempore receptionis ~~cum~~ hunc effectum operatur; cum ergo iam fuerit da Ultimi tempus, l, instans receptionis; communicata fuit in illo gratia sanctificans.

Hic potest dubitari. Utrum si Species consecratas ponerent divinitus absque manducatione in stomacho volentis eucharistiam suscipere afferat gratiam sanctificantem, Ut quidam Comiti Gallo contigisse testantur graves AA. Negatiuam partem amplectuntur P. Suarez disp. 63 Sect. 7. quia gratia eucharistica solum manducanti conmittitur. Affirmatiuam, Et cum formidine vident sequi Cardin. de Lugo disp. 1a Sect. 7. P. Henao disp. 13 Sect. 1.

Absolute autem et sine formidine tuentur Leander tracta. 7. disp. 11. quaestione 16 P. Amicus disp. 25 Sect. 7 N° 46. ratio est, quia manducatio solum est applicatio, vel aliquid virtus agendi Sacramentis; Undecumque ergo suppleat ea applicatio poterit operari Sacramenti virtus; quando autem Apostolus Christus loquitur de manducatione, loquitur de applicatione, quae ex natura rei contingit Ut hoc sacramentum operetur. haec ratio mihi videtur efficax; Ceterum in materia Sacramentorum caute procedendum est.

Maior difficultas est Utrum gratia per hoc Sacramentum afferat in tempore, l. in instanti, quae reddita est inexplicabilis per Arist. Contini compositionem in sua Zenonistica quae nobis iam diu placuit, res est facilis, quia Omnia entia, sive Successiva sive permanentia incipiunt intrinsece, et extrinsece, hoc est, in Uno instanti incipiunt intrinsece per indivisibile sui, si sint Successiva; Secundum se tota, si sint permanentia; in instanti Vero immediate praecedenti, quod dicitur Ultimum non esse, incipiunt extrinsece; et e contrario desinunt in Ultimo sui esse intrinsece, extrinsece Vero in primo non esse, quod

immate sequit. Unde Sacramentum hoc in Ultimo indivisibili, qd tangit utrum illum iam assignatu causat gratiam sanctificante iam V. arist. tunc n vacat dicendum Cap. 5. Utrum Eucharistia causet gratiam, quandiu durat in stomacho =

Caput, 5um

Utrum Eucharistia Causet gratiam quandiu durat in Stomacho?

Iam Vidimus Eucharistiam causare gratiam in illo instanti in quo Splet Sumptio, et manducatio. modo Videndum e. An causet Dnuo gratiam toto eo tempore, quo Species Sacramentales n corrumpunt in stomacho Recipientis. affirmativam partem sequunt Caietanus q 79 artic. 1. Gabriel lecti. 85 in Canone et alij ex antiquioribus. P. Suar. disp. 63 sect. 7. P. Reginaldus, Lib 29 Nº 140 P. Coninc q 79 artic. 1. Nº 42. Card. deLugo disp. 12 Nº 46 P. Amicus disp. 25 Nº 24.

Hi Au. n omnino conveniunt inter se. aliqui existimant precise longiore duratione specierum Sacramentalium ee sufficiente causam Maioris gratie sanctificantis ex opere operato. alij iudicant n augeri gratiam, nisi augeat dispositio Subti, Vg. nisi det intentior actus devotionis l. aliarum Virtutu. alij indicant n requiri actu magis intensum, aut maiore devotione, d. sufficere dicunt diuturnio vs duratione actus Maiorem q pseverantiam ee, maiore dispositionem ad gratiam sacramentale ex opere operato.

Negativa St amplectunt Ledesma Rs q 20 artic. 1º P. Henrriques Lib. 8. Cap. 43 P. Lug. loco cap. precedenti citato Nº 20 P. Dicastillo disp. 8. dubitatione 3. P. Granadus disp. 7. sect. 2. P. Arra disp. 41 sect. 2. P. Hevas loco supra citato, et alij plures, tum antiquiores tum Rec.

Afferl. 2a vero sa S. Thomas q. 80 artic. 8. hi omnes constanter docent Eucharistiam solum conferre gratiam ex opere operato in instanti, l. tempore manducationis, non vero quandiu durat in stomacho, sive augeatur, sive non dispositio recipientis. placet mihi haec secunda sententia, quam per sequentes conclusiones confirmo.

Sit 1a Conclusio: diuturna duratio precisse specierum sacramentalium in stomacho non est causa maioris gratiae, sive quod idem est, Eucharistia non causat continuo gratiam in suscipiente precisse quod durat in illius stomacho. Probatur Conclusio 1o: gratia eucharistica solum promissa est manducanti; non vero cuique, sed precisse pro tempore manducationis: ergo Eucharistia non causat continuo gratiam pro reliquis instantibus, pro quibus iam finita est manducatio. antecedens videtur certum, Deus enim dum promisit gratiam manducanti, promisit gratiam exercenti huiusmodi actionem, ut ex ipsis terminis manifestum videtur; unde est, quod non exercenti actionem manducandi non correspondeat gratia sacramentalis, sed pro reliquis instantibus, in quibus iam est finita actio manducandi, non exercetur eiusmodi actio: ergo pro reliquis instantibus non correspondet gratia sacramentalis.

Probatur 2o.

Tota ratio et virtus sacramentorum ex sola voluntate Christi Domini instituentis dependet; quapropter, sicut potuit instituere sacramentum continuo causans gratiam pro omni illo tempore, quo durat, potuit similiter sacramentum instituere causans pro uno indivisibili, l. tempore ditrato, non vero pro toto tempore durationis: quam autem virtutem habeat sacramentum de facto ex communi sensu ecclesiae, l. ex sacramenti institutione colligi debet; sed non colligitur ex sensu ecclesiae hoc sacramentum continuo causare gratiam, quandoquidem antiquitus [illegible] communis sensus fidelium erat hoc sacramentum semel in manducatione, et sumptione causare gratiam; neque ex institutione huius sacramenti talis virtus colligitur, ex qua constat solum manducanti esse communicari gratiam: ergo talis virtus adscribenda non est.

Probat 3º: ex opp.ta sa operit oratio 120
gravibus superstitionibus accipiendi nimirum plures hostias, illas q. ita-
stiores; qd quidq tanquam superstitiosum damnatq a Dominis inquisitorib.
Ecclesia itq reprehendenda est, q. minores hostias prbet laicis, quam Sa-
cerdotibus: item, Sacerdos iniuriam faceret accedenti ad eucharistiq
si dimidiq tantum hostiam porrigeret; Sacerdos item deberet implere
calicq vino. rao e, q. si hæc omnia n. fiant homo defraudaret maiori gra-
tia Sacramentali, quam diligenter procurare n. videt superstitiosum, neq
ab eclesia alienum.

Sit Secunda Conclusio: neq Eucharistia confert gratiam
p tempore durationis in Stomacho et augeat dispositio subti, l. continet
antiqua. P. 1º. si pp aliquid hoc sacramentq operaret gratiam p tempore
durationis in Stomacho, si augeat dispositio subti l. continet antiqua,
Maxª qa pp illam dispositionq magis applicaret Sacramentq rao e cuius
maioris applicationis ea intentius operaret; d. et augeat dispositio sub
ti, l. continet antiqua n. applicat magis, hoc sacramentq, q. et au-
geat dispositio subti, l. continet antiqua, n. causat gratiam hoc sa-
cramentq p toto tempore durationis. Maior supponit a QQ. partis
adversæ.

P. Minor: Omnes eiusmodi actus, qui vocant dispositiones, su-
pponunt manducationq iam completam, omnino q. impertinenter se hent
pro illius, qui sicut n. faciunt sacramentq magis manducatq ut
e euidentissimq, ita n. faciunt sacramentq magis applicatq q. tota
applicatio sacramenti pertinet in manducatione, magis [illegible] e meo [illegible]
[illegible] Sacrati in Stomacho operari continuo quandiu pmanet independenter ab
illo actu supernali, quam operari dependenter ab illo tanquam [illegible] applica-
tione.

P. 2º. Reliqua Sacram. semel tantum, et instanti operant gratiam,
quando fit, iam peraguntur, et [illegible], quamvis ab initio [illegible] [illegible]

post pronuntiata verba ... per multum tempus prolongetur, Et in Sacramento Matrimonii contrahentes ... physica per aliquod tempus internos illos actus, quid ... Dcennum prestitere. iam tunc Sacramenta Baptismi, et Matrimonij non operant, ... in instanti illo, s. tempore, in quo fuit verum, infantem fuisse ablutum, et ... Dcennum prestitise: et similiter sacramentum Eucharisticum in instanti illo, s. tempore solum operabit, in quo verum fuit dicere fuisse manducatum quando quidem in hoc reliqua sacramenta debent imitari.

Dices: Eucharistia est Sacramentum permanens, reliqua vero consistunt in usu, unde non est mirum quod hoc sacramentum permanenter operet, reliqua vero in instanti in quo operabunt. ... quia sicut reliqua sacramenta conferunt gratiam in usu ipsius sacramenti; sic similiter Eucharisticum sacramentum confert gratiam in ipsius usu. ... ... usus huius Sacramenti non manducatio. ... in illius ... stomacho non est sacramenti usus confert ... hoc Sacramentum gratiam sanctificantem in usu, sive dum manducat. Unde quamvis sit Sacramentum permanens, semel tamen in instanti, s. tempore usus, non vero per reliquo tempore s. instantibus sequentibus confert gratiam sicut reliqua Sacramenta.
Caput 6. Difficultatibus Occurrit. = = = = = = = = =

Caput, 6.[um]

Difficultatibus Occurritur.

Praecipuum argumentum, ... hoc est: Eucharistia causat gratiam per modum cibi nutrientis, cuius ... susceptio, et manducatio solum se habet ut conditio, et applicatio, non ut virtus operandi Sacramenti, ut a nobis ipsis ... inculcatum est ... dum cibus ... fuerit in stomacho, poterit operari, siquidem habet secum totam virtutem agendi. Et ... Sacramentum Eucharisticum sicut potuit in primo instanti operari, sic etiam poterit in toto tempore sequenti, causa enim ...

sufficienter applicata non est cur non operet in reliquis talis instantibus, in quibus perseverat applicatione.

Rtur 1°. Concedendo libentius Eucharistiam causare gratiam per modum cibi nutrientis, caeterum ex hoc potius infertur quod destruit contraria, sicut enim cibus natalis semel et in instanti nutrit dum alit, quia vertit in substantiam alimenti, sic Eucharisticum Sacramentum semel et in instanti nutrit dum manducat. Unde ratione cibi nutrientis non infert Eucharistiam causare gratiam quandiu durat in stomacho. Ex quo fit, quod comparatio huius Sacramenti cum cibo corporali non in omnibus est, quandoquidem cibus corporalis nutrit quando corrumpit, hoc vero Sacramentum non quando corrumpit, sed quando manducat. datur tamen convenientia in hoc quod utrumque cibus semel tantum nutrit non continuo quod in presenti intendimus.

Rtur 2°

Ablatione cibi nihil conducere ad continuam causationem gratiae huius Sacramenti. Ratio est quia si Deus ut potuit instituisset taliter hoc Sacramentum, ut solum per 1° instanti manducationis, non vero per aliis causaret gratiam recte diceretur cibus. Ex eo, quod hoc Sacramentum sit cibus non infert causatio continua gratiae pro tempore durationis; dicitur enim hoc Sacramentum cibus quia vere manducat. hoc etiam concedendum est a DD illis, qui requirunt aliquam novam dispositionem ut Eucharistia causet successive gratiam. Nullus enim ex istis DD. dicet quod si Eucharistia successive non causet gratiam propter defectum dispositionis non sit dicenda cibus: ergo sine fundamento assumitur ratio cibi ad probandum hoc Sacramentum continuo causare gratiam toto tempore durationis.

Hinc Rtur ad illud quod addit de causa naturali sufficienter applicata, quae sicut potuit operari in primo instanti ita poterit in sequentibus, in quibus est applicata. Rtur in quo causam illam naturalem successive operari, vel propter resistentiam contrarii, quae in unico instanti devinci non potest, vel propter applicationem maiorem successivam

lxtione cuius in partibus pani, quæ distantiores erunt initio primæ appli
cationis successive producit. hoc autem non contingit in hoc Sacramento quia
effectus illius, gratia non mirum sanctificans non habet contrarium, quod paulatim
et successive destruat, neque applicatio huius Sacramenti est successiva, quia tota
illius applicatio præter quam nulla alia datur est manducatio perfecta, quando
enim primum pertingit hoc Sacramentum terminum illum iam assignatum quid quod
quidem in instanti contingit: et ex nullo Cap. colligitur hoc Sacramentum quod
fuit operatum in primo instanti perfectæ suæ manducationis operari similiter in
sequentibus.

Obiicit 2o: Eucharistia melius causat gratiam quo subiectum
melius est dispositum, sed si subiectum successive melius disponit per ferventiores actus, vel
per continuationem prioris devotionis recipiat maiorem gratiam Sacramentalem. Respondetur concedendo
maiorem negando consequentiam, vel potius sufficit quod illi actus qui sequuntur manducationem sint dispositiones
ut Eucharistia causet gratiam sufficit et contritio in manducatione. itaque dignitate subiecti
ante manducationem crevit gratia Sacramentalis, quæ tunc communicatur quando ponitur man-
ducatio perfecta. quid quod aliud post manducationem sequitur omnino impertinenter se
habet respectu gratiæ sacramentalis communicatæ iam a Sacramento. Unde quidquid sit de aliis
causis naturalibus paritas ad hoc Sacramentum non datur quod semper operatur dependenter a primo illo
puncto manducationis.

Obiicies 3o. Sacramentum non habet terminum in operando. Unde virtus illius
solum causat ex dispositione subiecti recipientis quapropter si in primo instanti fuit operatum gratiæ ut 4.
quia invenit dispositionem et illa si in sequenti invenit dispositionem ad gratiam ut 5. producit
illam ergo Sacramentum potest successive operari omne illud quod in primo instanti potuit operari si invenisset in
illo instanti totam illam virtutem, quæ deinde ponit successive: et Sacramentum poterat in primo instanti ope-
rari totam illam suam, quam deinde successive operatur per successivam applicationem partis.

Respondetur eodem modo ac argumentum
oppositum: Sacramentum revera non habere terminum in operando, quia sicut produxit gra-
tiam in tanta mensura, v. g. ut quatuor, quia subiectum dispositum erat
ut quatuor, poterat quanto est ex se maiorem gratiam producere si subiectum

habuisset Vniorem ē ipositionē in illo puncto manducationis; haec autem Virtutē exercere n̄ posset succeratum, si maior illa sanctitas subsidet posteriorem punctum manducationis q̄ Virtus operativa Sacramenti n̄ ē pro omnibus et quibuscumque instantibus, ḡ tantum p̄ Vnico: q̄ colligit Vo solum ēē p̄ Vnico ex Verbis illis saepius repetitis Qui manducat hunc panem Vivet in aeternum, et aliis similibus; Vnde quid ēē sit de luminoso i.e. successive operanti p̄ Successivam ipsius applicationē n̄ Oritur Sacramentum hoc debere successive operari, q̄ successive n̄ applicat.

Vbi Notandum ē nos hic n̄ loqui de Vnivicentia huius Sacramenti q̄a si Verum ē hoc sacramentū Vivificere posse in ordine ad causandū effectum illum gratiae causabit illum transacto 1o puncto manducationis Vt Evidentissimum ē; nos autē difficultatē hic resolvimus, seclusa sic instantia hac Vnivicentiae sacramenti. si autē n̄ ē Verum sacramentū hoc Vivificere in ordine ad causandū effectū illum, quē 1o n̄ causabit, Magis lucescit Veritas nrē Delusionis. de Vnivicentia autē huius sacramenti nil disputare hic decrevi, tum q̄ Omnis ea sacramentis aliis difficultas, tum q̄ precipue in mā de Baptismo, et Poenitentia discutit.

Colligit ex dictis sumentē Vnam partem hostiae in peccato mortali si antequam alteram partē hostiae sumat, iustificetur. 2o Sacerdotē sumentem in peccato mortali totam hostiam, si ante quam calicē sumat iustificetur, recepturū ēē gratiam sanctificantē p̄ Sumptionē illiū Secundae q̄ Vt iam dictum ē. Cap. 4. huius disp. p̄ instanti illo, q̄ quo suscipit Species aliqua huius sacramenti, causat gratia habitualis, si n̄ ponat obex gratiae ipsi producendae. Cap. 7. an Vtraq. Species cau-

Caput, 7um,

An Vtraque Species causet maiorem gratiam quam Vna sola?

Supponendum est pro resolutione q. licita esse sumptione unius solum speciei et hoc Sacramentum adequate sumptum ex dupliti specie indiuisibiliter consurgat, ut patet in Laicis sub unica tantum specie comunicantibus. Supponendum est 2°. honestissima, et sanctissima esse ecclesiae prohibitione non admittendi nisi solos Sacerdotes celebrantes ad comunione sub utraque specie, quid quod sit, an utraque species causet maiore gratiam quam quaelibet seorsim sumpta. Fuit enim ecclesia instituit sibi fines in huiusmodi prohibitione. id, quod potius supponendum est quam probandum in praesenti controversia; hoc enim negotium potius ad controversista expectat. Videatur inter alios P. Basquez disp. 216.

Duplex est sententia in praesenti difficultate versat. 1ª est afirmatiua, quae tribuit aliquibus ex antiquioribus. afferunt pro illa plures Patres qui interfuerunt Concilio Tridentino inter quos nominatur Dominus Gran blanco nostro Compostellani, et Malacitani collegii illustrissimus fundator. defendunt illam P. Basquez disp. 215. P. Gaspar Hurtado disp. 10 difficultate 6. P. Prepositus q. 80 de artic. 12 dub. 3. C. de Lugo disp. 12 sect. . P. Castillo disp. 10 dubitatione 10 pater Henao disp. 13. sect. 2ª n° 37. Haec sententia est probabilior. quid quod contradicant aliqui, tum propter tantorum patrum autoritatem. tum propter rationes quibus innititur quas postea videbimus.

Secunda sententia dicit non conferri plus gratiae habitualis per sumptione utriusque speciei, quam per sumptione cuiuslibet diuisiue. ita defendunt S. Thomas q. 80 artic. 12 quem sequuntur Omnes thomistae Cardin. Belarminus lib. 4 cap. 23. P. Valentia q. 8 puncto 5. P. Suarez disp. 63 sect. 6. P. Granadus tractatu 11. disp. 2. sect. 4. P. Arriaga disp. 42 sect. 4. qui referunt plures alios. afirmat haec sententia quod et hoc Sacramentum sub specie panis praecisse sumptum conferat gratiam habitualem, et quando sub specie vini praecisse sumitur conferat etiam gratiam habitualem quando vero utraque species simull sumitur conferat illa tantummodo gratia, quam

quelibet Species seorsim causare poterat.

Attentis deideratis utriusque sententiis diu gesitatis, quam potius eligerem volui quod utramque tanquam probabilem defendere quod tamen nunquam problematicae questiones definire decevit primam iam eligo que defendit plus gratie communicari per sumptionem utriusque specierum, panis, vt, et vini, quam per solam vnius panis vt, aut vini. Probatur primo haec ratione. Sacramenta causant id quod significant, vt evidentissimum est; vnde per diversitatem significationis causat diversus effectus a Sacramentis; sed species panis significant gratiam habitualem per modum cibi, et species vini gratiam habitualem per modum potus ergo distinctus effectus, sive distincta gratia habitualis causatur ab speciebus panis ab ea, que causatur ab speciebus vini.

Dices, et fames et sitis in corporalibus distinguantur, et ideo effectus, que causat cibus, non causet potus; in spiritualibus tamen non distinguntur, ac proinde per vnicam gratiam habitualem extinguuntur. non est ergo necessarium, quod haec diverse species distinctam conferant gratiam et vna significet per modum cibi nutrientis, altera vero per modum potus letificantis. Respondeo, quod et verum sit famem et sitim spiritualem non distingui intendimus tamen quod sicut refectio corporalis proveniens a cibo distincta est a refectione corporali provenienti a potu, quid quid sit an sit specie diversa, refectio similiter proveniens a cibo spirituali sit distincta a refectione potus spiritualis. quapropter responsio tantum convincit quod gratia eiusdem omnino rationis extingui famem et sitim spiritualem, et per ... eiusdem rationis non extinguatur fames, et sitis corporalis.

Explico magis meum discursum abstrahendo modo ab eo, quod fames et sitis ~~corporalis~~ spiritualis distinguantur. si enim Deus ita instituisset Sacramentum eucharisticum vt voluisset per suum corpus, tanquam per cibum spiritualem specialem tribuere gratie quantitatem correspondentem illi speciali effectui, que causat cibus in ... in corpore, per sanguinem ...

rem, tanquam potum tribuere specialem aliam gratiam quam ei corresponderet illi alterum effectum, quem malis potus producit in eodem corpore, ut ita inter malem cibum, et potum, ex una parte, et hoc sacramentum ex alia perfectior similitudo interveniret, ad liquidum sensum diceret vere cibus, et potus. de facto autem fuisse institutum hoc modo colligit ex verbis Christi Domini, quae, quantum fieri posit, ad rigorosum sensum debent interpretari.

Haec ratio si recte penetretur sufficiens est ad probandum eam, quam elegimus. ex illa tamen aperte colligit ratio secunda, quae licet distincta non sit, maiorem explicatio praecedentis discursus. cum Christus Dominus dixit suum corpus esse cibum, aliquid aliud voluit significare, ac quando dixit suum sanguinem esse potum, sicut evidentissimum est, quando quidem hoc verbum *cibus* non significat idem, quod verbum *potus*: hoc autem quod significat per distinctas illas voces est distincta gratia sanctificans: ergo per species cibi distincta gratia sanctificans communicatur ab ea, quae communicatur per species potus. quamvis licet fames, et sitis animae per unicum gradum gratiae extinguatur non attendit ad hoc virtus operativa utriusque speciei, quae cum aliquid gratiae significat per unam speciem, quamvis eiusdem omnino rationis, quod non signat per aliam, sequitur, quod utraque simul causet maiorem gratiam quam una sola. Cap. 8. Respondemus adversae parti = = = = = =.

Caput, 8.^um

Respondemus adversae Parti.

Obiicit 1. Concilium Tridentinum Sessione 21. Cap. 3. ubi dicit nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solum accipiunt. in quibus verbis Concilium videtur indicare sufficientiam unius speciei ut percipiatur fructus sacramenti. — Ceterum Concilium consulto dixisse nulla

gratia ad sanctis varia, quae noluit negare plus gratiae quam utraque species communicat. Itaque cum quaelibet species conferat gratiam, sive recipit solum species, sibi nulla gratia sanctificante privat, cum qua homo posit fel[icitati]s gignitur. Sequitur, quidquid sit a utraque species plus gratiae confert.

Obijcies 2°:

Species panis, et Vini significant gratiam per hoc Sacramentum communicandam diversitate solum se tenente ex parte modi significandi, non autem ex parte rei significatae: ergo quaelibet Species non causant distinctam gratiam. Consequentia probatur: quia Sacramenta operantur id, quod significant; sed quaelibet Species non significat distinctam gratiam, sed eamdem: ergo utraque species non causat distinctam, seu maiorem gratiam, sed eamdem quam quaelibet seorsim causare poterat. Probatur antecedens: Species panis, et Vini significant eamdem refectionem spiritualem, quae convenit formaliter a gratia sanctificanti, licet diverso modo significent, altera per modum cibi, altera per modum potus: ergo tota diversitas stat ex parte modi significandi, non vero ex parte rei significatae.

Respondetur negando antecedens, quod sumit ab adversariis explicandum tamen hoc modo est. Species panis, et Vini diversimode significant ex parte modi significandi; ex parte vero obiecti significati non significant aliquid diversum, cum gratia sanctificans per has Species, et per reliqua Sacramenta communicanda sit eiusdem omnino rationis; significant tamen aliquam gratiam distinctam per quamlibet Speciem communicandam, quae significationi illi diversae correspondet aliquod obiectum significatum distinctum. Ad probationem antecedentis dico Species panis, et Vini seorsim significare eamdem refectionem spiritualem in Specie, non vero eamdem numero; plus enim reficit homo per sumptionem utriusque, quam per sumptionem unius.

Obijcies 3°.

Multiplex Species panis simul sumpta non causat plus gratiae sanctificantis quam unica solum particula hostiae consecratae: ergo duplex species panis et Vini simul sumpta non causat plus gratiae quam una

soia. Ans ē certum. coa patere videt apparitate. st enim multiplex hostia ꝯsecrata simul sumpta unicū ꝯstituit sacramentū in actu 2°, ut supra dictum ē; sic species panis, et vini unicum ꝯstituunt sacramentū in actu 2°: ꝑ unicum autē sacramentū unica gratia habitualis causat. st, etiam quælibet hostia ꝯsecrata ē in actu 1° ꝓductiva gratiæ sanctificantis; in actu vero 2° n ē ꝓductiva, quando simul cum alia sumit ꝑ modū unius unionis moralis; sic similiter discurrendum de duplici specie panis, et vini, qd st quælibet divisive in actu 1° sit ꝓductiva gratiæ sanctificantis, in actu 2°, quando simul cū alia sumit, n ꝓducit quælibet gratiā sanctificantē, q dūæ illæ species simul sumptæ unicam sumptionem moralē absolute, et simpliciter ꝯstituunt.

Alter. Decio ant., neg. cons.

coam rāo disparitatis ē q Xptus Dnus sub speciebus panis absconditus ponit ꝑ modum cibi. quando ꝯ° qui sumpsit particulā hostiæ ꝯsecratæ, iam sumsit totum cibū spiritualē, quem ꝑ reliquas particulas sumere poterat. unde reliquæ posterius sumptæ nil operant. Xptus autē Dnus sub speciebꝰ vini ponit ꝑ modū potus quando ꝯ qui sumpsit hostiam ꝯsecratā, nondum sumpsit potum, et inde n recepit gratiam ꝑ modū potus ꝯmunicandam. ex quo fit, qd st utraq. species panis, et vini unicum ꝯstituat sacramentum in utraq illa det virtus in actu 1° causativa gratiæ, ꝙ præter gratiam ꝑ modum cibi restat alia gratia ꝯmunicanda ꝑ modum potus: in duplici vero specie panis, aut vini n restat alia gratia, q iam tota ꝑ modum cibi, l. potus fuit ꝯmunicata.

Obijcit 4: Sub speciebus panis, et vini totus, et integer Xptus Dnus ꝯtinet: ꝯ ꝑ utranq. specium n plus gratiæ causat, quam per quamlibet divisive. Ans ē certum, ex iam statutis, et ex catholica fide. coa ꝓb: q si unica, et indivisibilis causa gratiæ sanctificantis in utraq specie reperit, unica, et eadē gratia ꝑ utranq. speciem ꝓducet, præsertim cū ꝯstituum sufficientiam panis, aut vini ad percipiendū fructum.

Sacramenti colligat ex eo, qd Xptus. Dnus. sub specie panis, aut Vini pfecte continet.

Rspur: distingo ans; sub speciebus panis continet p modum cibi, et sub speciebus Vini continet p modum potus, concedo ans; continet aliter nego ans. itaq. cum Xptus. Dnus. cum duplici illa significatione sub duplici specie contineat continet bis sub duplici specie tanquam bis causativus gratiæ sanctificantis. quando dicit Vnicam eã gratiæ sanctificantis sacramentaliter eẽ Xptum. Dnum. caute intelligendum ẽ, q solus Xptus, qui in illis accidentibus continet, nõ ẽ adæquate Sacramentum Eucharisticum sed Xptus, cũ accidibus Sacramentalibus; Vnde Xptus. et species absolute ss. causa gratiæ sacramentalis. Neq. contrarium nobis obstat, q sit percipiat fructum Sacramenti, qui recipit Xptum sub specie panis, nõ tamẽ pcipit omnẽ fructum, quẽ percipere poterat si reciperet Xptum sub speciebus panis, et Vini.

Obijcit 2. si Sacramentũ Eucharisticum causaret distinctam gratiam, p quamlibet speciem, Sacramentũ extremæunctionis similiter causaret distinctam gratiam p quamlibet vntionẽ cui sua grã applicat: hoc autẽ nõ ẽ dicendũ; ergo etc. Cfrat: si sacramentum Baptismi per trinã ablutionẽ perficiat, l. quælibet ablutio causaret distinctã gratiam; contra sam. quam hic amplectimur, l. si quælibet ablutio nõ causat gratiam distinctã; neq. quælibet species eucharistica causabit. Rspur qd si Sacramtũ Extremæ Vntionis p quamlibet Vntionẽ cui sua partialis grã applicat conferat distinctam, et partialẽ gratiam sanctificantẽ, vt pbabile reputat P. Suar. nil contra nram sam conuincit. si vº Sacramentum Extremæ Vntionis nõ conferat gratiam, quousq. ultima Vntio ex illis, quæ essentialiter ad illud requiruntur, vt absolute defendunt idẽ Suar. et. q. alij communiter, disparitas inter illud, et Sacramentum Eucharisticũ ẽ, q hoc saluat in ratione Veri Sacramenti in qualibet specie.

Quandoquidem qui recipit Species panis, Suscipit Verum Sacramentum, similiter qui solum Suscipit species Vini; Sacramentum Vero extremae Unctionis non salvat in qualibet parte sub ratione ueri Sacramenti. Confirmatio nil urget, quia si ante triplicem ablutionem sit iam iam prolata forma Baptismi, absolutum est totum Baptismi Sacramentum.

Obijcit. 6. in qualibet Unctione cum forma partiali Sacramenti Extremae unctionis reperitur diversa significatio non solum diversitate se tenente ex parte modi significationis Sacramenti, sed etiam ex parte rei significatae; ergo etc. Respondeo probabiliorem sententiam distinctam gratiam per quamlibet Unctionem causat: sed falsa est ratio cui nititur sententia nostra.

Respondetur, quod licet in sacramento extremae Unctionis dentur distinctae materiae et formae partiales diversimode significantes, non tamen per quamlibet Unctionem gratia distincta causatur. Ratio est: quia forma huius sacramenti est deprecativa; forma autem deprecativa non petit quod statim, ac profertur, sortiatur effectum; sufficit enim ad Veritatem cuiusvis formae deprecatoriae huius Sacramenti, quod postquam finitae sunt omnes deprecationes, et Unctiones communicet gratia sanativa peccatorum omnium illorum quae per sensus commissa sunt. Eucharisticum vero Sacramentum cum ex vi suae institutionis habeat esse cibus, et potus, ratione huius representationis actualis, et de presenti petit Verificationem actualem, et de presenti, et consequenter gratiam per modum cibi, et potus Virtute sacrati communicandam. Ex quo colligitur quod optime inferamus ex diversa significatione actuali, et de presenti distinctam gratiam sanctificantem.

Respondetur 2.º quod aliqua Sacramenta sunt, quorum partes licet ordinentur ad unicum Sacramentum perfectum componendum, habeant tamen rationem Veri Sacramenti, sicut videre est in homine qui licet Caecus habet rationem Veri hominis, quamvis oculi ordinentur ad hominem perfectum componendum. idem videre est in Sacramento Ordinis, in quo subdiaconatum recipiens

Et recipiat verum Sacramentum, non tamen recipit Sacramentum. Unde quasi perfectum, et absolutum, quod ex omnibus gradibus in ratione talis Sacramenti, idem in Sacramento Eucharistico contingit, quia recipiens Species panis recipit verum Sacramentum, et similiter recipiens Species calicis. Hoc autem non videmus in Sacramento extremunctionis, neque in aliis Sacramentis. Unde bene inferimus ex diversa significatione in eo, quod sortiatur rationem veri sacramenti distinctam gratiam sanctificantem communicari, non autem in eo, quod non sortitur rationem veri sacramenti. Caput 9. effectus alii huius Sacramenti percurruntur. = = = = = = = = = = = = =

Caput 9.

Effectus alii huius Sacramenti percurruntur.

Hucusque loquuti sumus de gratia sanctificante, videamus modo effectus alios qui ab hoc Sacramento oriuntur, scilicet gratia illa quae appellatur sacramentalis, quae sunt auxilia specialia, quae intuitu Sacramenti homini offeruntur ad conservandam charitatem et gratiam habitualem susceptam ex Sacrato in ordine ad finem, ad quem hoc sacramentum prae aliis specialiter ordinatur ex dicta disp. 1. huius tract. Cap. 1. et tract. de Sacramentis in genere disp. 2. Cap. 3.

Secundus effectus est remissio peccati. De remissione peccati mortalis dictum est iam in na. disp. quia primario et per se hoc sacramentum non sit institutum ad illud remittendum. De remissione peccati venialis res est certa. Difficultas tamen est an requiratur aliquis actus, quo homo disponatur ad remissionem huius peccati, quae [illegible] habet locum in materia de poenitentia. Mihi videtur requiri aliquem actum positivum et supernaturalem ex dicta Cap. 1. et 2. huius disp.

Neque ex hoc licebit inferre Eucharistiam posse condonare huiusmodi peccata ex

Opere operato. 1° q. potest esse talis detestatio illa, retractatio, seu dolor de peccato, ut per se non sufficiat ad remissionem venialis, et consequenter sacramentum causet ex opere operato huiusmodi remissionem; quod quod enim a virtute Sacramenti est ex opere operato est. 2° q. si virtute huius doloris extingueret veniale peccatum hic dolor excitaret in voluntate intuitu huius Sacramenti, et consequenter remissio illa esset effectus, et mater Sacramenti Eucharistiae.

3us effectus est preservatio a mortalibus, ut ex illis verbis Ioan. 6. si quis ex ipso manducet non morietur. Satis aperte colligitur. pluribus modis haec preservatio distingui pot. 1° quatenus confert gratiam abundantem qua magis, ac magis in omnem honestatem inclinemus. 2° removendo occationes peccandi. 3° deterrendo demones, qui nos tentant. 4° illuminando hominem specialibus illustrationibus, ut videat malum. 5° movendo voluntatem ad bonum. Ubi notandum est Deum non semper intuitu Sacramenti tribuere auxilia efficacia ad evitandum peccatum, sed tantum, quae auxilia efficacia non est entitas auxilij communicata intuitu Sacramenti, tamen quod cum his auxilijs potest homo vitare, seu non vitare peccatum.

4us effectus est quaedam unio spiritualis cum Christo Domino Sacramentaliter existente. hic tamen effectus seu non distinguitur a gratia habituali sanctificante per hoc sacramentum communicata qua divinam naturam imitamur, seu non distinguitur ab actibus amoris, quibus homo post communionem moraliter coniungitur cum Deo per voluntatis affectum seu non distinguitur ab amore, quo Deus specialiter redamat hominem digne communicantem.


5us est specialis quaedam delectatio, seu dulcedo causata virtute huius Sacramenti ex illud psalmi 67. parasti in dulcedine tua pauperi Deus: Genesis 49 pinguis est panis eius, et praebebit delitias regibus. hic effectus causatur a Sacramento excitando fervorem charitatis: delectatio autem sequitur rem amatam presentem: cum ergo Christus Dominus.

manducatus, accidit iam presens per fidem causat huiusmodi dulcedinem, et delectationem.

6. est consequutio vitae aeternae qui manducat hunc panem vivet in aeternum. Ratio est, quia sicut cibus materialis perducit hominem ad statum perfectum sic in fortitudine cibi huius spiritualis pervenimus ad montem Dei, sive felicitatem aeternam. Ubi notandum est hoc sacramentum non esse absolute, et simpliciter necessarium ad hunc finem, quia neque ad gratiam, quae praebet ius ad gloriam neque ad perseverandum in eadem gratia est medium simpliciter necessarium ex dicta disp. 3. huius tractatus.

7 resurrectio gloriosa corporum ex illud, qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam et ego resuscitabo eum in novissimo die. qui quidem effectus ex Cirillo Niceno, et pluribus celeberrimis Patribus a Suar. probat. iam habemus notatum loco citato neque ad resurrectionem corporum gloriosam hoc sacramentum esse absolute, et simpliciter necessarium, cum sufficiat gratia per alia sacramenta, et per actus meritorios comparata, ut concedat nostris corporibus resurrectio gloriosa. fatemur tamen per hoc sacramentum, tanquam per medium convenientissimum prae omnibus aliis obtinendam esse resurrectionem gloriam specialiori quodam titulo ob unionem specialem in hoc sacramento cum Christo Domino sub accidentibus eucharisticis contentis, ut explicat P. Suar.

8 effectus est quaedam unio corporalis nostri corporis cum corpore Christi Domini. si per hanc unionem intelligat [illegible] quae propria, et physica hypostatica, vel [illegible] infrationis, vel intensionis ab [illegible] non est, quia sine fundamento adstruit, si vero intelligat unio alia, qua tenus corpus Christi suo contactu sanctificat corpora nostra, vel unio alia moralis quae attribuitur cum digne communicantibus, quae non reperitur cum indigne communicantibus absolute vera est. videatur P. Granadus tractatu 9 disp. 1. [illegible] de sacramento eucharistico, quatenus sacramentum est. disp. 12. et sequen. sacrificii communis sumpti examinat. cap. 1. notant aliqua



Disputatio 13a,

Sententia Sacrificii Communissime Sumpti, Examinatur.

Caput 1um

Notentur Aliqua et proponitur difficultas.

Absolvimus tractatum integrum de Venerabili Eucharistiae Sacramento quatenus Sacramentum est, quod pauca alia, quae hic ab Scriptoribus introducuntur, scilicet, de praecepto confessionis de dispositione requisita ad communicandum, de subiecto capaci huius Sacramenti, de Ministro illius pertinent ad varia praecepta, tum Divina, tum Ecclesiastica, tum ad Sacramentum Ordinis. Et consequenter non sunt propria huius tractatus. in quo naturam et essentiam Sacramenti discutimus, ut ijdem Scriptores notant. Restat modo de eodem Sacramento quatenus Sacrificium est tractemus ut sic nostrum opus de hoc Venerabili Sacramento perfectum evadat. prius vero quam de Sacrificio Eucharistico sermonem instituamus investiganda est ratio sacrificii communissime sumpti, ut sic ab universali ad particulare descendamus.

Primo igitur Notandum est praesentem difficultatem esse de [illegible] vocibus, quid velit, significet per vocem istam Sacrificium, quae hic est ducenda ad explicandum essentiam sacrificii Eucharistici; cum de fide certum sit offerri in missa verum, et proprium sacrificium, prius esset impertinens, et inutilis. inquirenda quidem est ratio aliqua communis, in qua omnia ea, quae communiter appellant sacrificia, abiective, et simpliciter conveniant ut ex inde tradamus rectam pro sacrificio in [illegible] communi definitionem.

Secundo Notandum est

Religio est Virtus specialis a reliquis distincta, quae respicit cultum, et reverentiam Dei, sub qua plurimi actus reperiuntur specifice diversi. cum ergo sacrificium contineatur intra virtutem religionis, cum per ipsum supremam Dei excellentiam recognoscamus, assignare debemus speciale aliquid ratione cuius sacrificium a reliquis actibus procedentibus a virtute religionis distinguamus.

Tertio notandum est sacrificium distingui non posse ab aliis actionibus, quae sacrificia non sunt praecise ex obiecto. Ratio est, quia etiam in illis quibus profitemur esse supremum dominum, subiectionem quam habemus rei illius, tantum obiecto supremum Dei dominium. Similiter percussio pectoris, et genuflectio fieri possunt in recognitionem supremi illius dominii, cum tamen haec, et similia sacrificia non sint: sunt aliqua, quae sacrificia non sunt habere possunt idem obiectum quod sacrificium, et ideo praecise ex illo obiecto distingui non potest sacrificium ab aliis actionibus, quae sacrificia non sunt.

Quarto notandum est sacrificium ex sua ratione formali positum esse in aliqua actione sensibili, et exteriori, qua res aliqua offertur Deo ad protestandum supremum suum dominium. Unde neque voces significantes supremum illud dominium, neque actus interni quibus supremum dominium Dei recognoscimus, sacrificia non sunt stricte loquendo. Quod si aliquando oratio illa vocalis sacrificium laudis in Scriptura nuncupetur intelligendum est metaphorice; cum plura requirantur ad sacrificium, sacerdotium, scilicet ministrum, altare, et victima quae non requiruntur ad orationem illam vocalem efformandam.

Hinc reiiciuntur plures definitiones haereticorum pro sacrificio asserentium quodlibet opus bonum esse sacrificium. De operibus internis iam dictum est non esse sacrificia, quia sacrificium positum est in actione aliqua sensibili, et exteriori. Quod si dicas spiritum contribulatum appellari sacrificium psalmo 50. Dicendum est id metaphorice intelligendum. Cum opera interna

ippe sæpius in scriptura a sacrificio distinguit. A operibus aliis externis Cultus distat, quod omnia ea sacrificia cum omnia sint imposita ad protestandum supremum illud dominium.

Quinto Notandum est sacrificium, et Sacramentum in hoc convenire, quod utrumque est signum ad placitum; differre vero in hoc; quod Sacramentum est signum ad placitum gratiæ sanctificantis communicandæ suscipienti Sacramentum; Sacrificium vero est signum ad placitum supremi dominii Dei, quod habet in res omnes creatas. Unde Sacramentum tendit in utilitatem hominis; Sacrificium vero in divinum honorem, et reverentiam, et sic ex propriis rationibus formalibus Sacrificium, et Sacramentum distinguuntur. quod si contingat in eadem entitate reali utrumque reperiri, ut in Eucharistia contingit, tunc cum distinctione rationis ratiocinata unum ab alio distinguetur, quæ sufficiens fundamentum invenit.

Caput, 2. Vera definitio traditur, et probatur.

Caput, 2.um

Nostra definitio traditur et Probatur. =

Plures definitiones tradunt e[illegible] in principio tanta quidem varietate, ut vix una conveniat cum alia. Nostram proponimus, ex quibus legitima explicatione recentiorum placeat. Sacrificium est oblatio rei alicuius Deo facta legitimo ministro in cultum signum supremi dominii Dei in vitam, et mortem, cum aliqua immutatione illius. Dicitur in primis oblatio quod est commune ... aliis ... obsequiis, quod Deo deferimus accepti divinum. et ... quæ ... sacrificia ... per affectum religionum ... quæ in definitione explicantur.

Dicitur deinde rei alicuius. res significat entitatem sensibilem et externam distinctam a verbis, et actibus pure internis.

Neque enim quis sacrificare dicitur ex verbis precise [illegible] [illegible] quam exercet actus internos, quamvis excellentissimos [illegible], [illegible] ponit, ut Cap. 1. requiritur, ut offerat Deo aliquid externum et sensibile. Sicut enim Sacramenta a Dominibus instituta aliquid sensibile, et externum requirunt, sic similiter sacrificium a Dominibus institutum. Requiritur Deo factum, quia sacrificium soli Deo fit. Abstinemus hic ab illa quaestione, An sacrificium factum Deo falso, quem tamen quis existimat esse verum, sit verum et proprium sacrificium.

Sequitur deinde a *Legitimo Ministro.*

Neque enim quicumque habet potestatem sacrificandi, sed solus ille qui a Deo, vel a Republica deputatus est minister ad sacrificium offerendum. Hinc est quod in [illegible] Republica [illegible] omnes erant sacerdotes, et deinde homines poterant [illegible] [illegible] quam sacrificium debuit ordinari ad sacerdotem tanquam ad proprium ministrum [illegible] [illegible] apud sacros, et profanos scriptores. Unde D. Paulus ad Corinthios 5. dixit *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quae sunt ad Deum ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis.* Ex quibus verbis evidens est solum illum esse Pontificem, et sacerdotem qui specialiter ad id constituitur.

Hinc Sequitur *sacrificium debere esse commune*

Commune, hoc est publicum sive publica auctoritate institutum non privata auctoritate cuiuslibet, quandoquidem nomine totius populi offertur. Requirit enim auctoritatem [illegible], et publica auctoritate instituit. Ex quo fit, quod si sacrificium a quolibet posset institui, a quolibet posset offerri. Unde [illegible] placet D. [illegible] qui dicit sacrificium requirere publicam institutionem, [illegible] ministrum specialiter designatum, quia cum ipse [illegible] [illegible] ipsi fideles et infideles nationes sacrificia, [illegible] signa [illegible] a Ministro publico exercita, cum hic sumus in q. de hoc, [illegible] acceptione Divini dependet, [illegible] est haec signa communia et non alia esse sacrificia.

Cum hec duo sint, quod sacrificium sit signum publicum et quod requirat destructionem victimae, quae sint communia aliquibus, fuit verum non est necessarium plures particulas addere in definitione sacrificii; sufficit enim si dicamus sacrificium est signum immutationis [illegible] per hoc extendimus, nec addidimus eiusmodi particulam quae maiori cum claritate naturam sacrificii explicat. si videatur superflua facile est a definitione expungere. Nec obstat si dicas privatas personas auctoritate sua privata sacrificia instituisse, quae nunquam auctoritate publica, verum est eiusmodi sacrificia fuisse instituta, quando nullae erant familiarum suarum capita, et ideo habebant potestatem instituendi sacrificia. ubi notandum est, quod ut ad sacrificium requiratur signum publicum, non requiritur actualiter existens communitas, nec acceptatio illius, sed quod illud signum in ratione publici in actu primo constituatur ratione auctoritatis instituentis.

Nihil requirit [illegible] quod sacrificium sit auctoritate divina institutum; potuerunt enim homines hoc, et alia signa assumere ad significandum [illegible] modum sacrificii, sicut potuerunt imponere voces ad significandum. Neque inter sacramentum, et sacrificium paritas aliqua datur, quia cum sacramentum sit signum efficax, et infallibile gratiae sanctificantis, quod non habet sacrificium. Et homines non possunt instituere sacramenta, quia non habent potestatem instituendi signa efficacia, et infallibilia gratiae, ut dicebamus [illegible] de sacramentis; potuerunt tamen instituere sacrificia, quae solummodo fiunt ad placitum [illegible] supremam Dei potestatem, et subiectionem nostram.

Cum sacrificium sit signum, videndum debet esse signum, [illegible] sententia est, quae [illegible] sequitur in definitione supremi Domini Dei in vitam, et mortem nostram. significat enim sacrificium [illegible] Dei duplicem illam potestatem productivam, et destructivam, quatenus sicut nos producere, ita non destruere potest. ita loquuntur communiter [illegible] Card. de Lugo.

[illegible] sacrificium significare dignum esse Deum, in cuius honorem [illegible] [illegible] [illegible] necessaria, [illegible] dicitur [illegible] [illegible] differt ab omni [illegible], [illegible] dignum esse Deum, [illegible] vita [illegible] Dominatu, et [illegible] potestate in vitam, et mortem nostram.

Ex quo [illegible] divinum sacrificij ab adoratione etiam latriæ cum quo [illegible] affinitate. adoratio quippe tendit in supremam Dei excelentiam supra omnes creaturas, in quod [illegible] [illegible] includit supremum dominium in vitam, et mortem, [illegible] possum ego [illegible] aliquem esse excelentiorem, et nobiliorem me, quin habeat dominium aliquod in vitam, et mortem meam; sic [illegible] et in Deo reperiatur summa nobilitas, et excelentia supra omnes, et quamcumque creaturam [illegible] cum dominio illo, potest adoratio [illegible] in illam nobilitatem et excelentiam, quin [illegible] in illud dominium, [illegible] [illegible] præscindit [illegible] [illegible]. Cap. 3. [illegible] definitio [illegible] explicatur.

Caput, 3.^um

Ulterius definitio nostra explicatur.

Restat explicanda ultima definitionis particula, cum aliqua immutatione illius. [illegible] cuius explicationem [illegible] nulli requirunt omnimodam [illegible] destructionem, [illegible] sacrificata [illegible]. [illegible] qui difficulter inveniunt in sacrificio Eucharistico omnimodam illam destructionem, aliqualem saltem requirunt, inter quos [illegible] Cardinalis de Lugo disp. 15. cum pluribus alijs. [illegible] hi [illegible] ex parte [illegible], quæ assumit in sacrificium destructionem [illegible], [illegible] totalem, sive ex parte [illegible] requirunt, ut videre [illegible] in omnibus sacrificijs antiquis, in qq. occidebantur, [illegible] debebant [illegible] similes actiones exercebant.

Ratio [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] in sacrificio requiri debet aliqua [illegible] [illegible]

ad divin. significandum. sicut enim in Sacramentis ex parte [illegible], ac [illegible] in [illegible] [illegible] aliqua proportio cum [illegible] per [illegible] significato, ut dicemus per singula Sacramenta videre est; sic similiter in sacrificio, ad significandum Dominium Dei in Vitam et mortem, [illegible] [illegible] [illegible] posse, qua [illegible] ex honore Dei destruitur, et [illegible] destructione proportionata ad significandum [illegible], qui habuit Virtutem productivam [illegible] similiter potestatem destructivam.

Asserendum nihilominus, destructionem rei oblatae, neque totalem, neque ex parte, essentialiter non esse ad sacrificium requisitam.

1.° quia in signis, quae plures sunt ad placitum significativa, nulla proportio requiritur cum obiecto significato, quam enim proportionem habet cum Deo haec vox Deus, ut potius significet Deum quam quaevis alia? Requirit enim praecise in his signis voluntariam et liberam impositionem, quae si elegit hanc vocem, vel rem determinatam in signum, potuit eligere aliam. Atque exemplum de Sacramentis obstat, in quibus ut aliqualis proportio reperiatur, [illegible] sicut non requiritur ex conceptu Sacramenti, quod pure est signum ad placitum, ita neque ex ratione sacrificij.

Secundo, quia finis sacrificij est ostendere duplicem illam potestatem in Vitam et mortem, ex qua duplici potestate excellentior et nobilior potestas in Vitam quam in mortem, quia ut ex ipsis [illegible] manifestum est, difficilius est rem producere quam destruere: sed per destructionem rei, quae assumitur in sacrificium, non significatur potestas productiva, sed solum destructiva; ergo per destructionem rei non significatur utraque potestas, quod est obiectum sacrificij. Ex quo ulterius arguitur. Dum adversarius requirit ex parte rei, quae assumitur in sacrificium, proportionem cum dominio illo divino in Vitam et mortem, [illegible] non solum destructio, sed etiam productio requiritur ex parte rei, quae assumitur in sacrificium, ut habeat perfectam proportionem cum duplici illa potestate significata.

3.° quia ut res quae destruitur in sacrificio significat solum ex voluntate libera imponentis Virtutem productivam, quam destructio illa ut talis habeat ex parte sua proportionem cum eiusmodi Virtute; sic similiter ego dicam potuisse rem assumi in sacrificium, quae solum ex voluntate libera imponentis sine proportione aliqua ex parte sua habeat

...porum pereuntes significare. Unde sicut Occisio alicuius fuit in antiqua lege sacrificium, potuit assumi in sacrificium res alias quae tota integra offerret Deo, quin interveniret physica aliqua destructio illius.

4° quia plura leguntur in Scriptura sacrificia quin destruatur aliqua res. Sic numerorum legitur sacrificium Zelotypiae, in quo res integra sine destructione aliqua offerebatur Deo in sacrificium. Videatur totus textus, qui clarissimis verbis totum explicat sacrificium. Melchisedech etiam Genesis 6. gratiis obtulit sacrificium in pane, et Vino. Ubi non legimus destructionem rationem facientem esse rem oblatam. Ex quibus colligere licet non esse de ratione formali sacrificii essentialiter requiri destructionem aliquam physicam rei oblatae quae assumitur in sacrificium.

Obijcies. Resolutionem statutam

1° si non requireretur destructio rei oblatae ad sacrificium Accensio candelae, Consecratio Sacerdotis, templi, et altaris essent sacrificia; sed hoc non est dicendum: ergo etc. 2° si non requiritur destructio rei oblatae non datur proportio in re, quae assumitur in sacrificium. 3° quia cum in omnibus sacrificiis tum sacris, tum profanis reperiatur destructio rei oblatae, Argumentum est evidentissimum destructionem illam requiri essentialiter ad sacrificium, siquidem hoc dari non potest sine destructione ex parte illius rei, quae assumitur in sacrificium.

Respondetur ad primum illa Omnia potuisse esse sacrificia, quia potuerunt institui in signum publicum protestativum divini dominii etc. De facto tamen non esse sacrificia propter defectum conditionum, et partium quae in definitione nostra petuntur. Ad 2. satis responsum est in toto Cap. nullam aliam requiri proportionem in signo ad placitum significativo praeter liberam, et Voluntariam impositionem. Ex quo de fundamento praecipuo initio capitis proposito responsum est. Ad 3. Libenter fateor destructionem ejusmodi in pluribus sacrificiis inveniri, fatendum tamen adversariis est in pluribus aliis non inveniri, quare non est de ratione formalissima sacrificii.

Significant ergo Verba illa nostrae definitionis cum immutatione aliqua et destructionem physicam rei, quae sacrificatur, quam diximus non esse necessariam ad sacrificium

Pt. immutationes quamdq Moralem, qua res sacrificata ab n sacra, fit sacra ceremoniis aliqq. ad id institutis benedictione, consecratione etta. Sacrificium, imo vi vocis significat, quam sacrum facere, sanctificando, et faciendo sacram rem illam quae in sacrificiis assumitur, quod praestat Sacerdos benedictione, consecratione, et aliis similibus qq. utitur in sacrificio. Videatur P. Suar. disp. 37 Sect. 5. Disp. 14 Essa sacrificij Eucharistici declaratur. Cap. 1. Statuta catholica veritate circa Missae sacrificium multiplex sa refertur = = = =:= = = =:

Disputatio, 14,

Essentia Sacrificij eucharistici declaratur.

Caput, 1um,

Statuta Catholica veritate circa Missae sacrificium multiplex sententia refertur.

Expositas iam sacrificij omnibus rationibus accedamus ad nobilissimum legis Evangelicae sacrificium explicandum. gravissima controversia orta est in Ecclesia Dei cum haereticos nostri temporis negantes in missa offerri posse, et verum sacrificium fieri contra veritatem catholicam, quam ab initio Ecclesiae nascentis catholici omnes amplexi sunt. Definitur haec veritas in Tridentino Sess. 22 illustrant illam controversiam, praecipue Cardinalis Belarminus tom. 2. lib. 1o de missa. P. Valen. tomo 4. disp. 6. quaestione 11. P. Suar. tom. 3. disp. 74. P. Vasq. Cardinalis de Lugo, et alij.

Multipliciter argumentantur haeretici 1o quia in Evangelio dum de Sacramenti huius institutione fit mensio, nihil de sacrificio dicitur. 2o quia mera iteratio praecise sacrificij non est sacrificium: in missa autem solum invenitur commemoratio

sacrificii cruenti Crucis. Ergo Sacramentum, et sacrificium in eadem re [illegible] non conveniunt, cum Sacramentum se habeat ex parte Dei [illegible] gratiam, sacrificium vero ex parte nostra respiciendo divinum [illegible]. 4.° quia multum derogatur passioni Christi, et sacrificio cruento Crucis per hoc sacrificium incruentum [illegible] repetitum, quandoquidem [illegible] [illegible] illius insufficientiam profitemur. 5. quia si Christus in Cruce [illegible] suo sacrificium sufficienter fecit redemptionem nostram, superfluum videtur sacrificium aliud.

Haec, et alia argumenta non urgent. Ad 1.um [illegible] ex [illegible] Christi hoc [illegible] est [illegible] dedisse Sacerdotibus potestatem offerendi ipsum Christum, sicut ipse se obtulit Deo Patri; hanc autem oblationem cum perpetua ecclesiae traditione Catholici [illegible] sacrificium. Ad 2.um fatemur: commemorationem precisse sacrificii non esse sacrificium; in missa [illegible] datur proprium, et verum sacrificium, quod ultra commemorationem offertur [illegible] ipse Christus. Ad 3.um [illegible] invenimus implicationem, quod eadem [illegible] simul sit sacrificium, et Sacramentum.

Ad 4.um dicimus, argumentum illud [illegible] posse [illegible] Sacramenta. Sicut enim Sacramenta non derogant passioni Christi, sic neque hoc sacrificium, quia sicut nobis applicat fructus [illegible] passionis dependenter a Sacramentis; ita nobis, idem fructus applicat dependenter ab hoc sacrificio. Ad 5.um eodem modo respondemus [illegible] Christum [illegible] voluisse redemptionem nostram nobis non communicari, nisi dependenter a sacrificio cruento Crucis, fructum quoque illius nobis [illegible] non applicari nisi dependenter ab hoc sacrificio incruento saepius repetito.

Hoc [illegible] sit aliqua actio in missa reperitur in qua [illegible] a pluribus [illegible] [illegible] sacrificii. 1.° dixerunt aliqui [illegible] oblationem illam quam facimus [illegible] offer [illegible] his verbis: Suscipe Sancte Pater Omnipotens aeterne Deus hanc immaculatam hostiam quam ego indignus famulus tuus offero tibi [illegible] eucharistiam

esse sacrificium. Huius sententiae Auctores diviserunt inter se; aliqui enim ex antiquioribus dixerunt hanc oblationem esse totam adaequatam huius sacrificii; alij vero defendunt solum esse partialem Institutionem, inter quos est Dominicus Soto. Alij vero vocant partem integrantem sacrificij.

3° Dicunt alij, quos affert P. Suar. non oblationem illam, quam facimus ad offertorium, sed oblationem aliam, quae fit post consecrationem, his verbis: offerimus praeclarae maiestati tuae ex tuis donis, ac datis etc. Eucharistiae sacrificium. Ita Christophorus de Scotus in 4 dist. 13 q. 2. — 3° sacrificium Institutum in fractione hostiae iam consecratae, quae significat mortem Christi Domini et separationem animae ipsius a corpore. Ita docet Canus lib. 12 de locis theologicis Cap. 13.

4° Docent alij communionem Sacerdotis esse sacrificium eucharisticum. Ex his, alij dicunt esse totum Institutivum sacrificij. Ita sentire videtur Albertus in 4 dist. 13. et alij. Alij vero iudicant esse Institutivum inadaequatum sacrificij, ut postea dicemus. 5° in duplici actione defendunt alij rationem sacrificij esse Instituendam, consecratione scilicet, et sumptione. Ita sentire videtur C. Bellarminus Cap. 27. C. de Lugo disp. 19. Sect. 5.

Differunt tamen inter se hi Auctores. Bellarm. enim asserit sumptionem sacerdotis esse partem essentialiter Institutivam sacrificij, sine qua non daretur sacrificium adaequate, et essentialiter Institutum. Lugo vero defendit, sumptionem quidem esse partem substantialem, integrantem tamen sacrificij huius, ita ut, posita consecratione sit positum substantialiter, et essentialiter sacrificium Eucharisticum, posita deinde sumptione ponatur alia pars substantialis eiusdem sacrificij.

6 Sententia et praesertim difficilis, iudicat in sola consecratione esse totam sacrificij huius Institutionem, ponendam esse, quin interveniat aliud aliquid, tamquam pars essentialiter Institutiva sacrificij, vel tamquam pars integralis. Ita tenent P. Suar. disp. 76. Sect. 5. P. Vasq. disp. 222. Cap. 5. P. Castilla Tract. 5. disp. 6. dubit. 10. P. Arria. disp. 50. Sect. 2. et alij fere antiquiores.

— Cap. 2. Triplex sententia spectata dicitur.

Caput 2um

Triplex Sententia proposita devellatur.

Prima sententia asserens oblationem illam, quam facimus ad offertorium esse sacrificium verum Eucharisticum, sit 1a conclusio: oblatio illa non est adequate eucharisticum sacrificium. Probatur conclusio pro 1o quia per sacrificium Eucharisticum offert Deo Patri filius suus unigenitus Iesus Christus Dominus noster; sed quando in offertorio fit oblatio illa non offert Iesus Christus, quia tunc nondum existit sub speciebus panis, et vini; ergo per illam oblationem adequari non efficitur sacrificium Eucharisticum. Secundo quia si sacerdos moriatur ante consecrationem nunquam ecclesia iudicavit sacrificium fuisse effectum. Et facta fuerit eiusmodi oblatio: ergo etc.

Sit 2a conclusio: neque tamquam partiale constitutivum neque tamquam pars integralis eiusmodi oblatio pertinet ad rationem sacrificii. Probatur 1o quia sacrificium, quod obtulit Christus Dominus fuit eiusdem rationis cum nostro; sed Christus Dominus non premisit oblationem aliquam ante consecrationem: ergo oblatio illa, quae fit ante consecrationem nullo modo pertinet ad essentiam huius sacrificii. quo enim fundamento nos dicere possumus oblationem illam, quae ab ecclesia solum inducta fuit, non autem a Christo Domino esse partem essentialem huius sacrificii? 2o quia ecclesia non semper usa fuit oblatione illa vocali in offertorio, ut ex P. Suar. supponendum est, cum tamen ecclesia nunquam sacrificium praetermiserit: ergo oblatio illa vocalis ante offertorium facta neque partialiter constituit sacrificium.

Sententia secunda asserens oblationem illam quae fit post consecrationem verbis illis offerimus praeclarae Maiestati tuae etc. Eucharisticum esse sacrificium efficacibus etiam fundamentis refellitur. 1o quia non legitur in Evangelio, nam 2um oblationem

a Xpto. Dno. quis factam cum tamen efficacissimum distribuit sacrificij
eiusdem oblationis cum ea, quam modo nos offerimus. Secundo, quia si in sumptione
Calicis deprehendat non fuisse vinum appositum, Ecclesia precipit vinum
apponi, consecrari, et sumi; nihil autem precipit de repetitione hu-
ius secundae oblationis. Ergo licet hec sit antiquissima ceremonia, non
videtur Ecclesiam illa semper fuisse usam: ergo neque totaliter neque partialiter
oblatio illa secunda constituit sacrificium.

Obijciunt tamen aliqua. primum est,
Oblatio aliqua est de ratione cuiuslibet sacrificij, ut ex illius definitione ma-
nifestum est: ergo sufficientissimo fundamento dicere possumus oblationem illam
in offertorio et post consecrationem factam partialiter constituere sacrificium
Christi. Christus siquidem ad Patrem exhibuit unus oblatione aliqua ver-
bali, quod quidem insinuatur ab Euangelistis in illis verbis *gratias agens*
benedixit etc. Et falso nitimur fundamento. Ecclesia
in offertorio usurpat has voces *Sacrificium, immaculatam hos-*
tiam sufficientem pro innumerabilibus peccatis: ergo ex mente
Ecclesie tunc incipit sacrificium.

Respondeo ad primum concesso antece-
denti negando consequentiam. in consecratione enim sufficienter invenitur oblatio
ad sacrificium requisita, ut postea videbimus, que oblatio aliqua ver-
balis antecedens, vel subsequens requiratur. Ad secundum nego colligi ex illis
Euangelistis verbis oblationem aliquam verbalem a Xpto. Dno. factam, ut
optime expendit P. Suar. Ad 3. Ecclesia per anticipationem vocare
illud sacrificium, *immaculatam hostiam*, hoc est, illud, quod loco panis
et vini facta consecratione ponendum est, est sacrificium, et immaculata hostia,
et quod re vera tunc dicitur dat actualiter sanctum sacrificium, neque
hostia immaculata sufficiens pro innumerabilibus peccatis.

Tertia senten-
tia, que tenet fractionem hostie constituere sacrificium reijicitur. P.

et ex usu Ecclesiae latinae si hostia consecrata ante fractionem ceciderit in calicem non debet frangi ut habetur in missali Romano; tunc autem non daretur sacrificium, si hoc consisteret in fractione, ut manifestum est; dari autem perfectissimum sacrificium et hostia illa non frangat evidentissime debet esse cum Ecclesia nil praetermittat eorum, quae ad perfectionem essentialem sacrificij varia indicat.

Deinde, si sumpto Calice deprehendat hostiam non esse ex pane triticeo, debet altera consecrari, et sumi sine fractione vi ora Ceremonialis? Ergo eadem ratione, quantum fieri possit, debet explicari sacrificium sanguinis, et sacrificium corporis; sed sacrificium sanguinis non consistit in divisione: ergo neque sacrificium corporis in fractione. — Confirmatur a P. Suar. ex liturgia S. Basilij, in qua nil de fractione legimus. Contra Suar. insurgit Lugo in liturgia illa inveniri hostiam consecratam debere frangi a Sacerdote. Contra Lugo insurgit Alicastillo vera ibi nullam inveniri fractionis mentionem. Legat qui voluerit liturgiam illam.

Obijcies 1°. Christus Dominus panem consecratum fregit ad distribuendum discipulis: ergo in hac actione, quae quidem praecipua est, consistit ratio sacrificij praesertim cum verba, quae Christus Dominus assumpsit ad consecrandum fractionem significent; textus enim graecus verba illa quod pro vobis tradetur interpretatur quod pro vobis frangitur. 2° fractio illa, vel significat separationem animae a corpore, vel significat passionem Christi Domini quae utraque significatio congruentissima est ad rationem sacrificij.

Resp. ad primum Christum Dominum non fregisse panem iam consecratum, sed fregisse panem ante consecrationem, ut optime observat P. Vasq. disp. 196 Cap. 3. fractio autem panis ante consecrationem non potest esse constitutiva sacrificij Eucharistici. — Resp. deinde omittendo fractionem illam fuisse factam post consecrationem

cum tn. Xptus. Dnus. fregerit ad distribuendum discipulis n colligitur fractionem ee de ratione frali sacrificij, q Ut aduersarij ipsi communiter fatentur, fractio, que precisse fit in ordine ad distribuendum Sacratum n potest ee rao constitutiua sacrificij, Ut notant P. Vasq. et P. Arriag. Sect. 2. — ad 2um Rtur. fractionem illam here varias significationes; et e° habeat significationes illas, que in argumento opponunt, non tn. e rao fralis constitutiua huius sacrificij, q hec debet ee actio aliqua a Xpto. Dno. assumpta, sine qua ratio fralis sacrificij n posit inueniri.

Caput 3. Duplex alia sententia reijcitur.

Caput, 3,

Duplex alia sententia reijcitur.

Ad quartam sententiam que defendit comunionem sacerdotalem ee constitutiuam huius sacrificij, statuo oppositam conclusionem. Comunio sacerdotalis intra missam facta n e adequate tota eucharistici sacrificium. Conclusio V: essa huius sacrificij saltem partialiter in consecratione consistit: q sumptio sacerdotalis n e adequate huius sacrificij constitutiuum. Consequentia e euidens, q si aliquid aliud ingreditur tamquam partiale sacrificij constitutiuum, sumptio sola n e constitutiuum adequatum. Ans decursu huius disp. probabit.

Secundo p a paritate ex Sacramento desumpta. Sacramentum, Ut vidimus, disp. 1. huius tractatus Cap. 2. p sumptionem n constituit, q tota virtus operatiua, et significatiua gratie sanctificantis antecedenter ad sumptionem reperit: q siliter in sacrificio dicendum e, totam nimirum actionem sacrificandi fuisse completam antecedenter ad sumptionem sacerdotalem; hec enim precisse ordinat Ut Sacerdos participet de sacrificio iam confecto, sicut olim Sacerdotes participabant de rebus illis, que sacrificabant.

Quintam iam ponentis adaequatam rationem sacrificij in duplici actione consecratione, ut, et sumptione dico sumptionem illam Sacerdotalem neque partialiter neque integraliter constituere rationem eucharistici sacrificij. Probatur conclusio 1° quia sola consecratio sufficit ad saluandum adaequatum conceptum sacrificij, ut ex concilijs, et sanctis Patribus rationibus quibus probaturi sumus; cum quo non detur fundamentum aliquod cur non possit probabilissime. Solutio ad hibere ad dicendum sumptionem esse partem, siue essentialem, siue integrantem sacrificij, non est dicendum sumptionem praeter consecrationem essentialiter, siue integraliter constituere sacrificium.

Secundo probatur ex concilio Toletano 12° Cap. 5. in quo reprehendunt Sacerdotes, qui cum saepius sacrificium offerant, semel tantum communicant. in quo clarissime supponit concilium distinctam esse confectionem sacrificij a sumptione. 3° probatur ex Tridentino Sessione 22 ubi declarans Christi Domini Sacerdotium, nil de sumptione dicit, sed quod sub speciebus panis et vini suum corpus, et sanguinem obtulerit Deo Patri, quod quidem per solam consecrationem independenter a sumptione nullo modo fuit factum. Unde ex concilij Tridentini mente sumptio nullo modo eucharisticum constituit sacrificium. Quod si dicas Apostolos constitutos fuisse sacerdotes dum eis tradidit ad sumendum suum corpus, et sanguinem. Respondeo tibi fuisse non tunc Apostolos constitutos Sacerdotes, sed quando praecepit ut offerrent, ut ex ipso concilio manifeste deducitur.

Videamus breuiter quae fundamenta mitat Card. de Lugo ad asserendam sumptionem esse partem integrantem huius sacrificij. quae deceptis facillime deludet, neque esse partem essentialem huius sacrificij. primum est desumptum ex Aug. Lib. 17. de Ciuitate Dei Cap. 5. dicentis: manducare panem esse sacrificium Christianorum. Respondetur 1° quod cum Aug. loquatur de manducatione pure laica Sacramenti, haec autem nullo modo pertineat ad sacrificium, non potest ex hoc loco colligi August. censuisse sumptionem aliquomodo esse partem sacrificij. Respondetur 2° verissime dici, Christianos manducare de pane illo, qui

Sacrificium e Christianum, n q manducatio sit actio ipsa Sacrificandi, de qua in presenti Sermone instituimus, d. q Manducatio trat ad panum illum, qui fuit in sacrificium assumptus.

Secundu desumpium e ex officio feriæ sextæ hebdomadæ sanctæ, qd ab Ecclesia sacrificium sæpe sæpius appelat, n qd sit sacrificium integrum, et totale, d qd sit Sacrificium partiale, et complementum totalis sacrificij. Pbat. illa Comunio a Sacerdote facta n e pure Sacralis. 1°, q Comunio Sacralis solum pdest Eucharistiam suscipienti; hæc autem in illo die a Sacerdote facta pdest toti ecclesiæ, et Conseq. p modum sacrificij. Vt ex Divo Thoma q. 83 Arti. 2°. Colligit 2, q Comunio illa habet aliquid aliud ex ecclesiæ sensu, quam si a solo laico pficeret: q ettª.

[illegible] nilex hac Ecclesiæ appellatione [illegible] doctrinam statutam [illegible]. Ecclesia enim appelat sacrificium hostiam illam præcedenti die Consecratam, q res, quæ p actionem Consecrativam fuit in sacrificium assumpta recte potest appelari sacrificium, quamdiu perseuerat, n q semper pseueret actio sacrificandi, d q pseuerat res sacrificata, sive quæ p actione præteritam fuit in sacrificium oblata. Nos ꝰ in præsenti loquimur de actione sacrificandi, n vero d. re sacrificata. Ad confirmationem [illegible] Comunionem illam e Sacralem, tam [illegible] Comunitas ceremonias illas, quæ [illegible] sequuntur ad Comunionem præcisse sacralem, nec sufficiunt vt illa Comunio transferat ad rationem sacrificij.

Ad primam pbationem confirmationis dico: Comunionem illam n pdesse toti Ecclesiæ p modum sacrificij actualiter tunc [illegible], [illegible] Ecclesia in verbis illis: Orate fratres, vt meum, ac vestrum sacrificium acceptabile fiat ettª. hoc petere, q nullum tunc [illegible] sacrificium. petit ergo Ecclesia, qd sacrificium qd obtulimus præcedenti die acceptabile sit apud Deum Patrem omnipotentem, q sicut Ecclesia post Comunionem intra missam factam immediate [illegible] benedictionem, et Evangelium S. Ioan. petit qd sacrificium oblatum acceptabile sit [illegible] propitiatorium p omnibus offerentibus [illegible] apud omnium sancti sacrificium sit [illegible].

Et sumatur sic similiter feria illa 6.a Ecclesia petit ut sacrificium a oblatis acceptabile sit ut ppi, iatrin, et, unde dic fuerit oblatum et Sumatur - ad dicimus Omnininq in illa Caeremonias inas qq. a Sumatione laica distinguit non autem ex ratione aliqua sacrificij.

Et dices, quod si sumptio aliquomodo non pertineat ad essentiam sacrificij non est, cur tam severe praeciperet; Videmus enim Numquam licere Consecrationem facere sine sumptione, unde si Sacerdos moriatur ante sumptionem subrogari debet Sacerdos alius ne Sacrificium relinquatur incompletum, et imperfectum; si ergo Ecclesia iudicat sacrificium esse imperfectum sine Sumptione iudicabit illud esse cum Sumptione perfectum, et sic quae dataruntur euidentissima ad asserendum Sumptionem esse partem Completiuam sacrificij.

Resolutur. Sumptionem cum eo rigore praecipi. 1.o quod ut olim Sacerdotes sumebant de rebus quas sacrificabant, in lege Euangelica fuit impositum praeceptum Sacerdotibus de participando de hoc sacrificio cum eo rigore, ut si unus non possit substituatur alius, in quo praecepto nullam absurditatem inuenio ut sumptio nullo modo pertineat ad sacrificium. Secundo, Christus Dominus quod hoc sacrificium simul instituit per modum Sacramenti voluit suum ministrum participare de illo, quod sacrificat, ideo quod hoc praeceptum impositum est. Et 3.o a cum rigore maiori praecipit oblatio illa verbalis offertorij quod si deprehendat Error aliquis in pane, si in Calice necessario est praemittenda, neque tamen ullo modo ex sententia huius Doctoris pertinet ad sacrificium oblatio illa verbalis.

Ex quo fit, quod quando Ecclesia dicit sacrificium fore imperfectum sine Sumptione debet intelligi de imperfectione aliqua accidentali non vero de imperfectione Substantiali. Cap. 4. in Consecratione Sola Consistit essentia tota nostri sacrificij. = = = = = = = =

Caput, 4.um

In Consecratione Sola Consistit essentia tota nostri Sacrificij.

=

Exclusis igitur partibus aliis Missae, restat quod adequate Sacrificium Eucharisticum in Consecratione consistat. Prob. V. rgi ma. ra Ex impugnatione reliquarum, quia non neque in oblationibus illis, ante, et post Consecrationem, neque in fractione hostiae consecratae, neque in Sumptione Sacerdotali hoc sacrificium aliquomodo constituendum est, solum superest, quod in nobiliori Missae parte Consecratione non mire constituatur. quod argumentum a sufficienti partium enumeratione evidentissimum est.

Secundo prob. multiplici SS. PP. testimonio, qui solam Consecrationem attenti videntur ad explicandam rationem adequatam nostri sacrificij. inter alios clarissime loquitur Ambrosius lib. de Sacramentis ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat sacrificium, quod offerimus. ponit oblationem nostram sive sacrificium in illo, quod sanctificat per verba, quod formaliter per verba Consecrationis contingit. Cyprianus etiam Serm. de Cena Domini ubi dicit ex vi verborum Christi incipere Eucharistiam simul esse Sacratum, et holocaustum. videatur P. Suar. tota disp. 75 et P. Vasq. disp. 222 Cap. 5. qui plurima habent SS. PP. et Doctorum testimonia, quibus clarissime nostra sententia fulcitur.

Ratio prob. Sacerdotium novae legis tunc formaliter communicatur, quando traditur potestas consecrandi corpus et sanguinem Christi Domini; sed Sacerdotium ut tale dicit ordinem ad sacrificium, quia haec duo sunt correlativa, Sacerdos, et Sacrificium; Sed Sacrificium formaliter consistit in actione consecrativa. Prob. maior; tunc formaliter communicatur Sacerdotium, quando imprimitur character Sacerdotalis; sed hic imprimitur, quando traditur potestas consecrativa: Ergo Sacerdotium communicatur, quando traditur potestas consecrativa; sed tunc formaliter datur potestas sacrificativa. Ergo potestas consecrativa, et sacrificativa non distinguuntur, et consequenter Consecratio, et Sacrificium realiter sunt idem, quia character illum non communicatur nisi potestas Sacerdotalis, quae formaliter est ad solum sacrificium.

Dices 1º Consecratio non est oblatio, tum quia hae actiones ex ipsis terminis distinctae videntur, tum quia

Tridentinum Sessione 23 Cap. 1. docet Sacerdotibus eẽ datã potestatem consecrandi, offerendi et ministrandi Corpus, et sanguinẽ Xpti. Domini. Respondeo neg. consecrationẽ n. eẽ oblationem, quandoquidẽ p consecrationẽ presentat Xptus. Dnus. in altari in honorẽ Omnipotentis Dei, qd sufficit ad oblationẽ perfectam. neq. Concilium obstat, quia novũ n. ẽ eamdẽ rem diversis nominibus appellare, unde consecratio iam nomine oblationis, iã nomine consecrationis potest insigniri.

Dices 2º: oblatio supponit rẽ, quẽ offert; consecratio vero n. supponit rem consecratam: ergo consecratio n. ẽ oblatio. Respondeo: oblationẽ huius sacrificij constitutivam n. supponere antea existentẽ rem illã, quẽ offert, et consequ. n. eẽ de ratione cuiuscumq. oblationis, qd supponat existens res oblata, quia si daret aliqua oblatio, quẽ in ipso instanti, in quo ipsa existit, faceret presentem rem oblatã, n. ideo deficeret a ratione oblationis perfectissime.

Consecratio qẽ actio, qua sacrificium Eucharisticum in Missa efficit; res vero sacrificata ẽ Xptus. Dnus. ex vi consecrationis positus sub accidentibus panis, et vini, quod ex natura pria n. requirentia destructionem aliquam physicam rei oblatẽ facile potest declarari, ex vi enĩ mutationis dat oblatio rei alicuius facta a legitimo ministro in recognitionẽ supremi dominij Dei cum aliqua immutatione saltem morali illius, quia totũ illud complexum ex accidentibus, et Xpto Dno. sanctificat, et fit sacrum ratione existentiẽ physicẽ Xpti. Dni. sub accidentibus illis, quẽ immutatio ad rationẽ sacrificij sufficientissima ẽ.

Unde fit, qd tam actio sacrificandi, quam sacrificium ipsum sensibilia ss. qualiter requirit ad sacrificium ab hominibus institutũ. Actio sacrificandi sensibilis ẽ ratione verborum consecrationis, ut evidentissimum ẽ; sacrificium ipsum ratione accidentium panis, et vini, sub qq. Xptus. ut hostia sensibilis continet. Ex quo tandem ẽ, qd hẽc accidentia constituant unum sacrificium.

/

Quod si dicas sequeret 1.º qd actio illa esset hostia sacrificans; sequeret deinde qd illa hostia, quæ sacrificat in altari distincta eet ab illa, quæ fuit sacrificata in sacrificio cruento crucis: ad 1.º Resp. nos nos dicere aliud, nisi qd Xptus. Dnus. sic constitutus sub accidibus illis in altari sacrificet; Xptus autem Dnus. sub accidibus illis aliquid importat præter nudam entitatem Xpti. Dni. ad 2.um Resp. qd hostia principalis e eadem: nimirum Xptus. Dnus. quando autem dicit ad Patres eandem eē hostiam crucis, et altaris, loquunt de Xpto. Dno. qui idem omnino ē, sive in cruce sive in altari sacrificatus.

Habemus iam sine verborum ambagibus liquidum, et perspicuum modum, quo consecratio sit actio tota sacrificandi; Videamus modo varios discurrendi modos AA. cum præsentium difficultates, ut totam disp. absolvamus. Primo se offert P. Vasq. qui disp. citata asserat ex una parte consecrationem eē totam essentiam huius sacrificij; asserat deinde sacrificium absolutum, hoc ē, non commemorativum alterius requirere mactationem, et destructionem victimæ; sacrificium vero commemorativum, quale ē sacrificium eucharisticum non petere eiusmodi mactationem et destructionem, quia hoc in eē talis præcise constituit per repræsentationem sacrificij cruenti, passionis, et mortis Xpti. Dni.

Quo notanda habeo circa huiusmodi discursum. primum ex eo evidenter colligi veritatem sententiæ nostræ asserentis ad rationem formalem sacrificij non eē requisitam destructionem aliquam physicam oblatæ rei. Ratio ē, quia sacrificium aliquod in sententia P. Vasq. nimirum sacrificium commemorativum non petit destructionem, seu immutationem aliquam physicam rei, quæ offert: ergo frustra petit ad rationem communissimam sacrificij eiusmodi destructio physica, seu immutatio, qd tandem fateri videt ipse Vasq. contra communem sam. Secundum, et qd mihi displicet, ē, qd nostrum eucharisticum sacrificium per solam alterius sacrificij repræsentationem constituat.

Ratio ē, quia sola commemoratio, seu repræsentatio alterius obiecti non facit, qd res repræsentans participet de obiecto repræsentato: V. g. quod vox

Deus representet Deum non facit quod illa sit Deus: quia neque commemoratio, vel repraesentatio sacrificii facit rem repraesentantem esse sacrificium; quare aliquid aliud praeter solam repraesentationem sacrificii cruenti passionis, et mortis, Christi Domini requirere debet P. Vasq. ut sacrificium nostrum, veram, et propriam rationem sacrificii participet; quandoquidem quod repraesentet sacrificium non sufficit, ut in repraesentatione illa verus sacrificii conceptus inveniatur. = Cap. 5. aliorum discurrendi modi examinantur. = = = = = = = = = =

Caput, 5

Aliorum discurrendi modi examinantur.

Praeter discurrendi modum P. Vasq. ... capite praecedenti memoratum, dixerunt alii 1º. ratione destructionis panis, et vini fieri Eucharisticum sacrificium. — Non attingit hic modus veritatem, quia si hi Doctores tam soliciti sunt alicuius destructionis in sacrificio attingentis, assignent destructionem illam in Christo Domino qui revera sacrificat, non autem in pane, et vino, quae non sacrificant. — Secundo, quia ex hoc discurrendi modo potius sequitur panem, et vinum sacrificari, quam Christum Dominum, quod quidem non est dicendum.

2º dixerunt alii consecrationem fieri sacrificium in quantum ex vi verborum consecrationis separat corpus a sanguine; quamvis enim realiter, et per concomitantiam ponat corpus simul cum sanguine propter connexionem, et dependentiam superius explicatam; adhuc tamen hoc est accidens et virtus significativa verborum, et quoad hoc separant, quantum fieri potest corpus a sanguine. Unde fit quod Christus Dominus sacrificet, et occidat sub accidentibus Eucharisticis.

Displicet etiam hic discursus. Ratio est, quia ut bene notat P. Arra, aliud est quod verba habeant per suam significationem virtutem ad separandum, aliud vero est, quod seipsa separent. primum est verum, quia

Verba consecratoria panis non significant sanguinem, et Verba consecratoria Calicis, non significant Corpus; Secundum autem est falsum, quod sit habeant eiusmodi Virtutem significativam, Vel Vera tamen non separant Corpus a Sanguine et sic destruunt. Unde sic argumentor: Si ego habeam gladium potentem occidere Victimam si tamen reipsa non occidam non dicar sacrificare Victimam: Ergo licet Verba consecratoria habeant Virtutem significativam dividendi corpus et sanguinem si tamen reipsa non dividat, non dicetur Christus Dominus occisus, et sacrificatus. Unde cum ex parte Christi Domini qui sacrificatur non detur mactatio, et destructio physica, et ex parte Verborum reperiatur potestas significativa dividendi unum ab alio, non explicat adhuc, quomodo Christus Dominus sit Victima huius sacrificii ex parte ipsorum Verborum.

Quarto dixerunt Alii, quod sicut tunc sacrificatur Ovis, quando ex non mactata fit Ovis mactata, sic quando ex pane non mactato fit corpus Christi quod pro nobis fuit mactatum, efficit Eucharisticum sacrificium. — Non explicat hic discursus sufficienter hoc sacrificium quia sicut Ovis ex non mactata fit mactata, sic corpus Christi ex non mactato fit mactatum in hoc sacrificio. qua ergo ratione corpus Christi mactatum est in hoc sacrificio? dum ergo non explicat huiusmodi mactationem Eucharistica non explicat sufficienter Evangelicum sacrificium. Fatemur Verum Corpus Christi Domini fuisse in Cruce mactatum non tamen ex hiis huius discursus illigimus quomodo iterum mactet sub accidentibus Eucharisticis.

Hic tamen discurrendi modus potest hoc modo probabiliter explicari. tria concurrunt ad hoc sacrificium panis et Vini substantia, accidentia illa, et Christus Dominus; ad rationem ergo sacrificii non requiritur quod totum, quod concurrit ad sacrificium destruatur, sed sufficit, quod secundum aliquam partem concurrentium destruatur; panis substantia est Victima, quae destruitur, sive una praesupposita ad sacrificium ratione cuius datur Victimae destructio sufficiens ad sacrificium, Corpus Vero Christi est Victima productus, quod sit Vere, et proprie sacrificet non tamen est necesse, quod in ipso destructionem aliquam inveniamus

Nec Mag. hunc discurrendi modum, et hinc, et inde munire conetur, et [illegible], quod et subsita panis per actionem transubstantiva mutetur in substantiam corporis Christi Domini; non video, cur corpus illud dicatur sacrificatum ex eo, quod panis substantia, quae est terminus a quo conversionis destruatur. Ratio est, quia in illo, quod est immediata materia sacrificii sive in illo, quod assumitur in sacrificium, reperiri debet destructio, et immutatio, quae solum hoc casu requiritur ad rationem conceptum sacrificii, sed in corpore Christi Domini quod est immediata materia sacrificii sive quod immediate assumitur in sacrificium non datur mactatio, destructio, et immutatio, requisita ad rationem conceptum sacrificii, quia quod res convertatur in aliam iam occisam non facit, quod denuo occidatur sicut si panis converteretur in ovem iam occisam non faceret, quod actualiter daretur mactatio ovis: ergo per hunc discurrendi modum non satis explicatur actualis ratio huius incruenti sacrificii.

5º dixerunt alii.

in hoc sacrificio non reperiri destructionem hostiae rigorosam, sed destructionem quamdam humano modo, quatenus accipit per consecrationem corpus Christi Domini statum quemdam decliviorem, quo reddatur inutilis ad usus humanos, et fiat istum [illegible] alios diversos usus per modum cibi; quapropter humano modo idem est, ac si fieret verus panis quae mutatio sufficientissima est ad verum sacrificium quandoquidem fieri comestibile illud, quod non erat comestibile, ita ut non sit utile ad alios usus nisi per modum cibi maior mutatio est, quam aliae, quae ex communi hominum mente sufficiebant ad verum sacrificium. ita Card. de Lugo. d. 19. Sect. 5.

Nec placet hic discurrendi modus, quia et Christus Dominus ponatur in hoc Sacramento inutilis ad usus humanos eo modo, quo asserit ab hoc Auctore, illa tamen actio non potest ullo modo dici destructiva Christi Domini qualiter requiritur ad verum et proprium sacrificium, et propria communia, quandoquidem relinquit illum cum omni utilitate, quam antea habebat, sed hoc ipso, quod relinquat Christum Dominum cum omni utilitate, quam antea habebat, non potest dici quod humano modo reddatur inutilis ad usus humanos

in hoc Sacramento: q. p. hunc discursum n. explicat quomodo sacrificetur in altari.

Affirmat, et explicat duobus exemplis, quæ adduxit P. Arra. primũ e, nulla ratione illigi potest, qd aliquis faciat inutilẽ domum ad usus humanos, qui relinquit illã cum omni utilitate, quæ antea habebat, et ponat illam in alio secundo loco, ut habitari n. possit, cum p. illam repetitionẽ, ubicatio nihil tolat, d. potius aliquid aliud utilitatis addat; secundũ e, si relinquat pecunia Petri in suo cubiculo tota utilitate priori, ut possit illa uti in ordine ad proprium commodum; Deus autem miraculose dando illi secundã ubicationẽ, projiceret illã in mare, ubi Petrus n. posset invenire, n. diceret pecunia illa absolute et simpliciter Petro inutilis ad usus humanos. sic similiter in presenti contingit; Xptus. enim omnis, et sub accidentibus eucharisticis habeat secundã illam ubicationẽ p. modum cibi, et potus, n. reddit inutilis ad usus humanos, cũ absolute et simpliciter relinquat cum omni utilitate, quæ antea habebat antecedenter ad esse sub illis accidentibus.

Ex dictis manifestũ e, n. ita facile explicare essã eucharistici sacrificij AA. requirentes immutationẽ, destructionẽ, s. mactationẽ physicam rei oblatæ; nos autẽ qui nullam physicam destructionẽ requirimus cũ summa claritate explicare totã essam huius sacrificij. si tamẽ tibi placuerit affirmare semper ad omne sacrificium maioris aliaz immutationẽ victimæ requiri, quæ quæ a nobis in nra explicatione assignat, poteris recurrere; s. ad virtutẽ exercitivali significationẽ verborum, qq. hoc efficit sacrificiũ, s. ad immutationẽ illam, quã Xptus. p. modũ cibi, et potus sub accidentibus constituit; negari enim n. potest, qd hi duo discurrendi modi habeant magnam probabilitatẽ. Disp. 15. de offerentibus hoc sacrificiũ.

Disputatio, 15,

De offerentibus hoc sacrificium.

Caput. 1.um

Statuitur Christum Dominum esse offerentem, et rem oblatam.

Xptum Dnum esse rem oblatam in hoc sacrificio satis constat ex dictis disp. praecedenti, quae cum veritatem in Ecclesia definitam nil difficultatis occurrit. — Certum deinde est Xptum Dnum esse offerentem seipsum in hoc sacrificio, quam veritatem similiter in pluribus Concilijs habemus stabilitam, praecipue in Tridentino Sess. 22 Cap. 2. Videantur P. Suar. disp. 77. Sect. 1. P. Vasq. disp. 225. Cap. 1. difficultas tamen est, qua ratione hoc munus competat Xpto. Dno. an scilicet immediate per novam aliquam voluntatem, qua seipsum actualiter offerat, quoties repetitur hoc sacrificium, an scilicet mediate per illam solum voluntatem, qua hoc sacrificium prius instituit, et voluit per suos ministros in Ecclesia offerri.

P. Vasq. cap. 3.

... id competere Xpto. Dno. ratione institutionis, quatenus instituit hoc sacrificium, ut ipsius nomine offerret in Ecclesia Deo, et applicuit illi suam vitam, ut virtutem efficaciae; unde Xptus solum remote, sacerdotes vero proxime actualiter offerunt. P. Suar. e contra docet Xptum actualiter offerre non solum quia sacrificium instituit, et applicuit efficaciam suorum meritorum, et quia voluit in sui memoriam celebrari, sed quia revera actualiter offert per suum ministrum actualiter celebrantem.

... nomine hujus difficultas. Videamus prius quae dicta sint tanquam certa habenda esse. 1° certum est Xptum Dnum non concurrere physice per potentiam physicam executivam ad actionem illam qua hodie a Sacerdote sacrificium offertur ... sequitur ... aliqua actualis physice existente in Xpto. Dno. ... actualiter simul offerre Sacerdos. Ratio est, quia qui operat per suum vicarium, et ministrum, licet non attendat, et dormiat quando actio exercetur a ministro, dicitur adhuc actio exerceri a delegante potestatem. ... Rex ...

Summo Pontifici, et non attendat, vel dormiat, quando actualiter Legatus obedientiam prestat.

3° certum est non sufficere meram institutionem sacrificij, ut hoc dicatur nomine Xpti a Sacerdotibus offerri. Rt. quia ratio instituentis, et offerentis sacrificium diversissima est; instituere enim pertinet ad Legislatorem, offerre ad Sacerdotem. Unde quamvis in Xpto. utraque ratio occurrerit adhuc tamen hae rationes in ipso distinguuntur; instituit enim sacrificium quatenus Legislator, obtulit vero quatenus Sacerdos est, et ideo per accidens est, quod Xpus. Dnus. instituerit sacrificium ad hoc, ut dicatur per se, vel per alium sacrificium offerre.

4° Similiter est certum non sufficere meram applicationem suorum meritorum sacrificio, ut hoc dicatur offerre nomine Xpti, quia haec applicatio fieri potuit ad sacrificium quod nullo modo nomine Xpti offerretur.

Ex qq. concludo recte dici posse Xptum. Dnum. moraliter, actualiter immediate hoc sacrificium offerre. Sicut enim qui dat eleemosinam per famulum, recte dicitur principalis donans, et actualiter donans quando famulus exequitur eleemosinae largitionem: similiter etiam rex dicitur moraliter actualiter immediate prestare obedientiam summo Pontifici quando actualiter suum officium exequitur Legatus, sic etiam Xptus. Dnus. recte dici potest principalis offerens, et actualiter immediate offerre hoc sacrificium quando per suum ministrum, et vicarium actualiter sacrificium efficit, quia ministri actio censetur moraliter actio immediata Xpti Dni. colentis Deum.

Ex dictis colligitur quomodo Xptus. actualiter exerceat officium sacerdotis juxta illud Tu es Sacerdos in aeternum, quoniam mirum haec actio sacrificandi ut tribuatur Xpto, non solum dependet ab illa physica voluntate, quam habuit instituendi Sacerdotes, sed etiam dependet ab illa nunc moraliter perseverante. Si enim retractaret priorem illam voluntatem non diceretur quomodo sacrificium offerre; quare modo exercet verum, et proprium sacerdotis officium ex vi illius voluntatis moraliter modo perseverantis.

Obijcies 1°.

Si Xptus immate, nunc offerat Sacrificium, ita Vt ab illa Voluntate a tali Sacrificandi hoc est honestum moraliter, sequeretur Xptum Dnum posse mereri, et satisfacere modo p actione nobilissima Sacrificandi; sed hoc n e dicendum q Xptus modo n e in statu merendi, neq satisfaciendi: q Xptus Dnus solum Remote, n Vero proxime concurrit ad offerendum Sacrificium. Secus neq de maiorem dignitatem de merito et satisfactione ponia, q Vt recte dicit argum Xptus modo n e in statu merendi, et satisfaciendi, cu hoc tamen stat q nunc sacrificio p suos ministros effecto applicent merita ipsius Xpti, et satisfactio, quaz in terrae exhibuit:

Obiicit 2°: Sequeret Xptum modo posse suppliciter orare Patrem q nunc exercet immate actu sacrificandi n e cur n posset exercere actu orandi, sed hoc n e dicendum: sed eta Resr. quid qd sit de Oratione, de qua in ma de incarnatione eius, sequitur ad actu suppliciter orandi quaz ac actum Sacrificandi. sequitur enim ad Orationem, Vt ille qui petit n heat in sua potestate, et Voluntate id, qd petit, nec in perfectum requisitum ad illud ex actionibus suis praecedentibus; ad actum Vo Sacrificandi solum requirit potestas a Deo ex institutione offerendi rem aliquam sensibilem in Dei honorem. cu autem Xptus Dnus habeat iam in sua potestate omnia illa, quae hominibus dant, ex meritis suis praecedentibus, hinc e qd orare n posit, licet aliunde habeat potestatem Sacerdotalem offerendi rem aliquam Sensibilem Deo p suos ministros, in qua nil de dignitate Xpti Dni invenit. Cap. 2. Sacerdos etiam offert hoc Sacrificium. = = = = = = = = = = = = =

Caput, 2um,

Sacerdos etiam offert hoc Sacrificium.

Licet Xptum Dnum principalem offerentem e ponit Sacerdos Minister huius Sacramenti, et Sacrificij, ita Vt ad offerendum hoc sacrificium requirat Sacerdos ab Ecclesia

vite ordinatus. rq̃ē catholica veritas, quæ in pluribus concilijs eē definitam est. Quinimmò Scriptores: Sacerdos p̃ minister Xp̃ti. Dñi. in offerendo hoc sacrificium actualiter, et immate offert, q̃ exercet actualiter, et immate potestatem illam sacerdotalem; quæ ad sacrificium ordinat.

Fuit tñ aliquorum sā n̄ omnes sacerdotes etiam vitè ordinatos posse hoc sacrificium offerre: excludunt enim ab officio sacrificandi excommunicati, suspensi, depositi, degradati, schismatici, heretici, et omnes ab ecclesia præcisi. quam sententiam, cujus fuit Magister dist. 13. et alij ex antiquioribus, ita ēt explicat, ut n̄ solum male facere sacrificare tentando, sed etiam omnino n̄ sacrificare. — Sustineri tamen n̄ potest ejusmodi sā inter catholicos; q̃ ēt ij sacerdotes retinent characterem, et potestatem sacerdotalem omnino indelebilem, ita possunt validè sacrificare. Reducendo ad actum illam etiam potestatem sacrificandi, quandoquidem ad valorem sacrificij nil aliud ex p̃te ministri nisi potestas sacerdotalis requiritur.

Sacerdos n̄ solum potest sacrificium offerre p̃ alio, hoc ē, ipsi alterius repræsentando illius personam et officium, cum iam sit statutum nomine principalis offerentis, hoc ē, Xp̃ti. Dñi. hoc sacrificium a sacerdotibus offerri; sed etiam potest offerre p̃ alio, hoc ē, in utilitatem et commodum alterius, ut constantissimum ē inter catholicos. p̃ qq. possit hoc sacrificium offerri dispo. sequenti videbimus; nunc autem solum agimus de ijs, quæ ex p̃te offerentis præcisè debent intervenire.

Circa punctum prima difficultas ē, quæ intensio sufficiat ex p̃te ministri applicantis fructum sacrificij? Dico sufficere pure habitualem, ut diximus tract. de sacramentis in genere; q̃ ejusmodi applicatio solum ē p̃ modum declarationis meæ voluntatis et dispositionis illius fructus, p̃ modum donationis; sed possum ego donare Petro aliquid p̃ crastina die sub conditione futura, qua posita, et deinde nova voluntas n̄ sequatur crastina die, transferat in Petrum dominium illius rei; similiter sacerdos potest hodie donare, et applicare sacrificium Petro tenendum

a Celebratione Crastina quaposita et noua Voluntas. Hinde si ponatur 142
in Sacerdote, sacrificium illud manebit Petro applicatum.

Difficultas Est.

An huiusmodi potestas applicatiua, quae spectat Sacerdoti possit impediri per Volunt. Superioris? Aliqui existimant ita pendere a Superioris Voluntate, ut si mihi prelatus precipiat offerre Sacrum pro Petro; ego autem pro Paulo offeram, non est Valida Eiusmodi applicatio Sacri. Hanc opinionem, citatis aliqua probabile existimat Diana Tract. de Celebratione Missarum resol. 32. Ego tamen cum nouissimis Theologis huiusmodi applicationem contra Superioris Voluntatem omnino Validam esse, et Subditus peccet in transgrediendo superioris preceptum. idem dicendum est, quando ex iustitia tenetur Sacerdos pro aliis celebrare.

Ratio est, quia in negotio Sacri ficii et Sacramentorum (excepto Sacramento Penitentiae, in quo potestatem iurisdictionis Videmus esse dependentem a Voluntate Prelati) subditi Voluntas non subiacet imperio Superioris. Ut Videre est in Sacramento Baptismi, quod Valide fit, et si Voluntati, et precepto superioris aduersatur. Unde falsus est Recentior ille citatus citatus a Card. de Lugo asserens receptionem ipsam Sacramenti contra Superioris intentionem esse prorsus inualidam, ut si quis subditus tentaret suscipere ordines contra Sui Superioris Voluntatem, et habeat intentionem suscipiendi, et Episcopus Vellit ordinare, non receptum Sacramentum ordinis falsissimum. Sequeretur enim neque Sacerdotem degradatum posse Valide Consecrare, neque Verum aliud Sacramentum efficere.

Dices: Religiosus potest a Superiore reddi incapax ad Vouendum; ergo etiam in ordine ad offerendum pro hoc, aut illo sacrificium. Antecedens est certum, de quo late Thom. Sanchez lib. 4. de Voto Capite 24. Consequentia Videtur euidens a paritate. Respondetur negando cum aliis, in quibus Sacerdos representat immediate personam Christi. Domini exercendo tamquam Vicarius potestatem, ac pro Christo Vicarius, non subdit. Ecclesiae intensioni, Christi Domini; cum ergo Sacerdos acceperit immediate a Christo. Christi potestatem

offerendi tam pro Vivis, quam pro defunctis, ut constat ex formula, qua declarat sacerdos non subdit in offerendo sacrificium voluntati Superioris. hoc autem non contingit in voto. Solutionem aliam reddit P. Arr. quam non discutio.

3a Difficultas est

An sacerdos possit dividere fructum sacrificii, applicando v.g. uni unam partem, alteri vero aliam? P. Suar. affirmat sacrificium quidem offerri pro omnibus fidelibus, non tamen applicando omnibus satisfactionem provenientem ex sacrificio, sed solum impetrationem, tum quia inter fideles plures sunt peccatores, qui non sunt capaces satisfactionis pro illo statu, tum quia cum satisfactio sit finita vix relinqueretur satisfactio applicanda pro illo, pro quo specialiter sacrificium offert. Ex qua sententia dicendum videtur licere sacerdoti dividere fructum huius sacrificii applicando uni satisfactionem, alteri vero impetrationem, quia aliquando dividunt et immo dividi possunt.

Dicendum est cum P. Suarez

Cardin. de Lugo, Arr., et aliis sacerdotem posse dividere pro suo libito unum effectum ab alio ut docet P. Vasquez disp. 231 cap. 6. Ratio est quia nulla datur connexio inter illos effectus, et una persona saepe indiget uno effectu potius quam altero. Anima enim existens in purgatorio non tam indiget impetratione quam satisfactione; viventes vero potius indigent impetratione, inter quos plures sunt peccatores, qui nullo modo satisfactionis sunt capaces, neque ex institutione huius sacrificii, neque ex praecepto Christi Domini vel Ecclesiae contrarium colligitur.

4a Difficultas est, utrum

si sacerdos nulli faciat applicationem sacrificii, cui ea impetratio, et satisfactio applicabitur? P. Suar. affirmat permansurum illum fructum in thesauris Ecclesiae. P. Vasq. parum dissimilis docet nec celebranti, nec aliis sacrificium illud futurum defectu applicationis. In hac difficultate dicendum est sacrificium illud non habiturum specialem illum effectum impetrationis correspondentem orationi speciali quae poterat fieri, quandoquidem pro illud nihil fecerit personae determinatae. Circa satisfactionem vero ex una parte dicendum videbatur fructum illius applicandum esse sacerdoti, ut meum ieiunium, quod nulli applico

Mihi pdet. Ex alijs Pre videbat dicendu hoc ee intelligendum de Satisfactione correspondente Sacerdoti, n' V. de Satisfactione correspondente Xpto. Dno, hec enim redundabit in Xptu. Dnum, q hic fructus n' orit ex oblatione Sacerdotis, Vt ipsius e d. Vt e oblatio principalis offerentis.

Dico 2o. ex facto totum satisfactionis effectu dividi inter Sacerdotem, et reliquos fideles capaces illius fructus, q Sacerdos sempr offert sacrificium p se, et p omnibus fidelibus, dum dicit, Offero tibi p innumerabilibus peccatis meis, d. et p omnibus fidelibus Christianis Vt mihi, et illis pficiat ad Salutem; quapp dum n' applicat specialiter alicui determinato portione illa Xpto. correspondente, videt velle, ad omnibus, p qq. offert in verbis illis universalibus qq. dixit in Missa, sacrificij effectus applicet. = Cap. 3. De alijs offerentibus hoc sacrificium = = = = = = = = = = = = = = = = = =

Caput, 3um.

De Alijs offerentibus hoc sacrificium.

Ecclesiam deinde offerre sacrificium Eucharistium p Sacerdote tanquam p publicum ministrum constantissima e inter Theologos. diverso tame modo operat Sacerdos ad Ecclesiam, et ad Xptum. Dnum. operat ad Xptu. Dnum. tanquam ad principem offerente in cuius persona offert verba consecrationis qq. ratio tota sacrificativa, et oblativa consistit. Eodem modo n' operat ad Ecclesiam. Unde quo ad substan. sacrificij n' operatur Ecclesia ad Sacerdotem, tanquam princip.le offerens a diminisviale, d. tanquam populus ad publicum ministrum datum a Deo. =

In Orationibus vero, et ceremonijs, qq. tota Missa decorat pprie se habet Sacerdos Vt Ecclesie minister, in cuius persona loquit, et operat, Vt optime docuit P. Suar. disp. 77. Sect. 2. cu hoc tamen stat, q cu Sacerdote tanquam publico ministro Ecclesia Deo offerat sacrificium illi gratissimu, q moraliter concurrit consentiendo cum illo intra ipsa,

Actione offerendi.

Ex quo facile deducitur Sacerdotem excommunicatum non offerre hoc sacrificium nomine Ecclesiae, quia cum sit praecissus ab Ecclesia non valet per hunc sacrificium offerre, quamvis ergo Ecclesia auferat illi, quantum in se est, potestatem celebrandi suo nomine, potest tamen absolute, et simpliciter celebrare nomine principalis offerentis; unde quandocumque exercuerit potestatem consecratiuam, quam retinet, et exerceat cum peccato propter Ecclesiae prohibitionem, concurrit cum ipso principalis offerens Christus. Omnis.

Dices: Oblatio huius Sacerdotis cum sit peccaminosa prohibet etiam a Christo. Respondeo: Ergo non accipiet valorem a Christo. Respondeo [illegible] si a Christo potest accipere valorem, poterit etiam ab Ecclesia. Respondeo Christum dominum voluisse actionem etiam sui ministri, et peccaminosam, fore validam, et consequenter voluit, quod per peccatum ministri non retardarentur ipsius merita; cum vero Ecclesia absolute prohibuerit huiusmodi actionem, non est unde ab Ecclesia potuerit accipere valorem.

Pro cuius intelligentia sciendum est Christum habuisse duas voluntates unam, qua Sacerdoti excommunicato, et existenti in peccato prohibuit absolute ne sacrificaret; alteram, qua dixit, quod si Sacerdos in peccato voluerit sacrificare, volo ut quo ad substantiam huius actionis repraesentet meam personam et consequenter tota dignitas a me proveniens in eiusmodi actione retineat. Ecclesia vero cum retractaverit omnem voluntatem concurrendi ad sacrificium Sacerdotis excommunicati. Ideo nullo modo nomine Ecclesiae hoc sacrificium offertur praeter Ecclesiam.

Praeter Ecclesiam. Populus etiam offert hoc sacrificium, quod veritas praesentem colligitur. Ex illis verbis Canonis Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae etc. Ratio, quia sacrificium cum sit signum divinum est cultus publicus, et solemnis totius populi, siquidem sacrificium offerre Deo, sive per se, sive per manus Sacerdotis est omnibus hominibus natale; quare fuit necessarium, ut sicut in omni lege totus populus offerebat per Sacerdotem, tanquam per publicum totius populi ministrum, sic etiam in

Lege gratiæ Populus omnis pertinens ad Christum offerat Sacrificium per manus Sa-
cerdotis.

Hic offerendi modus generalissimus est, qui consistit in eo, quod Sacerdos sit Minister publicus seu Minister omnium Christi fidelium in ordine ad hanc actionem sacrificandi. præter hunc autem dant alii duos specialiores concurrendi modos in Christi fidelibus ad sacrificium. primus est per actionem aliquam moventem sacerdotem ad offerendum, v.g. per eleemosinam, aut stipendium vel alia ratione, quæ causalitatem habeat voluntariam, ut Sacerdotem moveat ad sacrificium offerendum. 2^us: per actionem ipsam audiendi sacrum in qua negari non potest, quod specialiori modo concurrat assistens, quam non assistens.

Ratio est,

quia petere, vel procurare sacrificium, dare eleemosinam, vel stipendium Sacerdoti celebraturo, ministrare illi sacrificanti, assistere consentiendo, vel alia simili ratione se habere est concurrere per modum causæ moralis specialis. Sic homo, qui consulit exortat, vel comitat homicida, dicitur homicida; Ergo omnes illi, qui concurrunt per actionem aliquam moventem Sacerdotem ad offerendum dando eleemosinam, vel stipendium, audiendo sacrum etc. speciali ratione concurrunt ad sacrificium, et ideo offerunt simul cum Sacerdote speciali ratione hoc sacrificium.

Superest disputanda quæstio illa, an omnibus his offerentibus, præter Sacerdotem, correspondeat aliquis fructus ex opere operato, præcise ex titulo offerentium? Affirmativam docuit P. Suarez. disp. 79. P. Henriquez lib. 9. Cap. 16. P. Castillo tract. 5. disp. 3. dubit. 6. negativam amplectitur P. Vasq. disp. 231. Cap. 3. Cardin. de Lugo disp. 19. sect. 11. P. Arriaga disp. 53. sect. 3. non est ita facile in hac quæstione de facto sententiam ferre.

Supponendum est id,

quod diximus cap. 2. nimirum fieri generalem quandam applicationem a Sacerdote pro circumstantibus, audientibus sacrum, assistentibus sacrificio præter applicationem illam, quæ fit pro donante stipendium vel eleemosinam Sacerdoti celebranti; Unde ex hac applicatione Sacerdotis nunquam remanent sine fructu ex opere operato offerentes hoc sacrificium, etiam si perceptio hujus fructus

solummodo dependeat ab applicatione Sacerdotis. quare solus difficultas é, an praeter fructus correspondent ex hac applicatione Sacerdotis ratione cuius ss. personae pro quibus offert sacrificium, correat alius fructus, quatenus ss. personae offerentis sacrificium idem.

In qua Negari n. potest utriusque opinionis probabilitas sufficientibus enim rationibus, et fundamentis utraque se munit. Magis tamen inclino in sententiam P. Vasquez negantis correre hunc fructus offerentibus hoc sacrificium praeter sacerdotem, quia sacrificium fuit institutum a Christo. Quo. qualiter ipse voluit; quare n. é ponenda alia virtus in sacrificio praeter eam, quae ex voluntate Christi Domini instituentis extiterit. Disp. 16 pro quibus possit offerri vel applicari valor huius sacrificii. Cap. 1. Nec pro beatis nec pro damnatis potest hoc sacrificium applicari. = = = = = = = = ==

Disputatio, 16,

Pro quibus possit offerri, vel applicari valor huius sacrificij.

Caput, 1.um

Neque pro Beatis neque pro Damnatis potest sacrificium hoc applicari.

Primo dicendum é hoc sacrificium, quatenus propitiatorium et satisfactorium é n. potest pro beatis applicari. Ratio facilis é, quia Beati liberi ss. ab omni malo tam culpae, quam poenae, cum plenissimam veniam, et remissionem iam consecuti; nec sint in statu merendi, et satisfaciendi: et hoc ipso ss. incapaces, ut ipsis applicet hoc sacrificium, quatenus propitiatorium, et satisfactorium é: ut etc. Secundo dicendum é, s. sermus proprie, et rigorose locutioni n. potest absolute, et simpliciter dici hoc sacrificium offerri pro beatis, quia haec locutio denotat indigentiam aliquam mediatoris in illo, pro quo sacrificium offert, ita ut liberari possit ab aliquo periculo imminenti virtute sacrificij, quod offert.

Quando autem apud aliquos antiquos reperit ille modus loquendi, quod offeramus sacrificium pro Sanctis, explicandus est in sensu minus proprio, quod offeramus ad reddendas gratias pro beneficijs in eos collatis, vel quod offeramus, ut redundet in ipsorum honorem, ut ex illis Missae verbis colligit, Ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem. vel quod illos invocamus in oblatione sacrificij, et illa, Ut illi pro nobis intercedere dignentur in Coelis, quorum memoriam agimus in terris.

Dices: potest offerri hoc sacrificium pro beatitudine accidentali alicuius sancti, v.g. pro beatificatione, vel Canonisatione illius: ergo sanctis potest esse propitium hoc sacrificium saltem, quoad illum honorem extrinsecum resultantem ex beatificatione, vel Canonisatione, vel quoad gaudium intrinsecum et beatitudinem accidentalem intrinsecam. Respondetur hoc argumentum reduci ad controversiam ad vocabulum. certum est posse dari in beatis novum aliquod gaudium, vel beatitudinem aliquam accidentalem de novo; certum deinde est, posse pro hoc fine impetrando Missae sacrificium offerri, quare tota difficultas est, an hoc sit appelandum offerre sacrificium pro Sanctis.

Dicimus hoc non sufficere ad dicendum, quod Missae sacrificium pro Sanctis offeratur. 1.° quia eodem modo possumus dicere quod offerimus Missae sacrificium pro Deo quia in ordine ad illum honorem extrinsecum Dei impetrandum possumus ordinare sacrificium. 2.°, quia offerre sacrificium pro alio denotat indigentiam in illo alicuius boni, quod intendimus impetrare per sacrificium, cuius defectus posset causare tristitiam in illo; Deus autem, et Beati non tristarentur, neque dolerent de carentia illius honoris extrinseci, et beatitudinis accidentalis.

3.°, quia haec gloria accidentalis quam possumus impetrare Sanctis nostris sacrificijs, vel est extrinseca, vel intrinseca. si est extrinseca, non tam oramus, et impetramus, pro Sanctis, quam pro nobis, quia idem est orare pro gloria extrinseca sanctorum, et orare, quod a fidelibus in terris glorificentur; et quod glorificentur in terris a fidelibus est utilitas, et commoditas fidelium, quod nihil aliud est, quam reverentiam prestare illis, qui revera digni sunt reverentia, et honore: et cetera. si est intrinseca in cognitionibus aliquibus et gaudijs,

accalibus existens, nunquam directe petimus illam pro Sanctis in sacrificio, sed solum indirecte, quatenus haec oritur ex aliquibus actibus nostris, vel ex aliqua actione militantis Ecclesiae.

Notandum est pro maiori sacrificij declaratione sacrificium solum dici offerri pro aliquo, quatenus impetratorium, et propitiatorium est. in quo ultimo acceptatio satisfactorij includitur. Unde sacrificium illud, quod solum ad honorandum Deum efficitur sub ea praecise ratione non dicitur offerri pro aliquo. quod si dicas sacrificium illud pro ipso offerente offerri, quia homo per illud implet obligationem, quam habet honorandi Deum, non satisfacis, quia in hoc, quod est quod homo impleat obligationem honorandi Deum potius affertur ratio offerentis, quam pro quo offertur. aliud enim est cultus, et aliud est fructus in sacrificio.

Quaeres. Sacrificium, quod offertur in gratiarum actionem Deo pro beneficijs collatis in aliquem sub ea praecise ratione, qua in gratiarum actionem offertur, non applicatur, et offertur pro aliquo; non enim offertur pro ipso benefactore, nec pro altero, qui beneficium accepit. Nec obstat dicere hoc sacrificium debere oblatum pro illo, qui accepit beneficium, et habebat obligationem reddendi gratias, quia hoc potius est, quod unus substituat loco alterius in ordine ad illam actionem reddendi gratias, non vero, quod unus se habeat tanquam offerens, et alius, tanquam persona pro qua sacrificium offertur. Scio contrarium docuisse P. Vasq. si tamen recte explicetur doctrina nostra indico tandem in illa concursurum hunc doctorem.

Dicendum est 3°. Damnatis nullo modo hoc sacrificium prodesse, quia cum his passio Christi Domini nullo modo prodesse possit, itaneque sacrificium eiusdem Christi Domini; non enim sunt in statu obtinendi veniam, et remissionem; in inferno quippe nulla est redemptio. in hac conclusione conveniunt omnes Catholici. Idem dicendum est de pueris cum solo originali decedentibus, quia iam non sunt capaces pro illo statu, ut illis applicentur satisfactiones, et merita Christi Domini quae in hoc sacrificio relucent. Cap. 4. Solis iustis baptisatis non dum beatis prodest hoc sacrificium, quia satisfactorium est.

Caput, 2^um,

Solis iustuis baptizatis nondum Beatis prodest hoc Sacrificium qua Satisfactorium est.

Ut hoc sacrificium possit fructuose applicari, qua satisfactorium est pro pœna debita ex peccato requirunt aliquae conditiones. prima est capacitas, quam confert Baptismus; Unde non habenti characterem Baptismalem non potest hoc sacrificium, qua satisfactorium est, applicari. Ratio est quia cum sacrificium hoc sit huic visibili Ecclesiae concessum; homines autem per baptismum membra Ecclesiae huius visibilis constituant; solis baptisatis prodesse potest hoc sacrificium, quoad effectum illum satisfactionis ex opere operato quatenus in fidelibus, neque Cathecumenis potest hic effectus satisfactionis ex sacrificio proveniens applicari. in hac conclusione conveniunt omnes.

Obiicit tamen: hoc sacrificium offert ab omnibus fidelibus etiam non baptisatis: ergo fideles etiam non baptisati possunt percipere fructum huius sacrificij et consequenter illis poterit applicari, qua satisfactorium est. Antecedens: ex illis Ecclesiae verbis. hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae; Cathecumeni enim pertinent ad familiam Christi.

Respondetur negando antecedens: hoc enim sacrificium solum offert a fidelibus baptisatis, qui pertinent ad familiam Christi visibilem; Cathecumeni vero cum non sint baptisati non pertinent ad familiam Christi visibilem. quamvis enim per internam fidem Christi pertineant aliquomodo ad familiam invisibilem eiusdem Christi, adhuc tamen cum absolute sint extra Ecclesiam, scilicet extra familiam visibilem Christi. Unde, et consequenter sacrificium Ecclesiae, non potest applicari illis, qui scilicet extra Ecclesiam constituti.

Obiicit 2°: si Cathecumenus offerret stipendium Sacerdoti pro missa celebranda, vel ministraret sacerdoti

Celebranti, offerret hoc sacrificium. et sicut non est incapax offerendi sacrificium, sic non est incapax ut pro ipso sacrificium offerat. Respondetur distinguendo antecedens: offerret hoc sacrificium affectiue, concedo antecedens; offerret effectiue, nego antecedens. Unde Cathecumenus mereret quidem per illum affectum offerendi, non tamen re ipsa offerret sacrificium, quia cum hoc sacrificium sit pro familia Christi non potest procedere extra familiam constitutis.

Obijcit 3º: hoc sacrificium, ut est sacrificium laudis, et gratiarum actionis offertur pro Cathecumenis Sanctis veteris, qui sine Baptismo reali vitam eternam consequuti sunt per martirium: ergo etiam prout est propitiatorium, et satisfactorium potest pro Cathecumenis offerri. Respondetur iam explicatum a nobis esse cap. 1. huius disp. minus proprie dici sacrificium offerri pro Sanctis, praeterea iam a nobis esse explicatum sacrificium laudis, et gratiarum actionis, qua tale, pro nullo offerri. Deinde argumentum probare posse pro cathecumenis sacrificium offerri quatenus impetratorium est, de quo in sequenti cap. non vero quatenus propitiatorium, et satisfactorium est.

Secunda conditio est status viatoris, quia si iam sit in termino ultimo beatitudinis, vel damnationis, vel non indiget, vel capax non potest fructus sacrificij. quare Anime in purgatorio existentes possunt iuvari fructu satisfactorio huius sacrificij. Ratio est, quia hoc sacrificium habet vim ad remitendam penam in purgatorio debitam tam pro vivis, quam pro defunctis. Recte quia poterit offerri pro Animabus in purgatorio existentibus ad remissionem eiusmodi pene.

Audiatur Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 2. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, penis, satisfactionibus et alijs necessitatibus, sed et pro defunctis in Christo. nondum ad plenum purgatis rite iuxta Apostolorum traditionem offertur. Deinde Sess. 25. decreto de purgatorio definit. Purgatorium esse Animasque ibi detentas fidelium suffragijs, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio iuvari. quid illustrius afferri potest pro hac veritate roboranda?

Insurges tu contra hanc veritatem: defunctus baptisatus non est subditus Ecclesie, cum tamen possit pro ipso offerri hoc sacrificium, qua satisfac

Satisfactorium e. ¶ At cathecumenus n sit Subditus Ecclesiae, poterit pro ipso hoc Sa- (14)
crificium offerri, qua Satisfactorium e. Dicitur 1°. negari n posse defunctum
baptisatum here characterem baptismalem, quem n het Cathecumenus, proindeque here Sigillum
familiae Xpti ratione cuius participare possit fructus aeque provenientes, nimirum
Satisfactiones Xpti Dni. quapropter het ius participandi fructus satisfactorios ex sacri-
ficio provenientes defunctus baptizatus n vero Cathecumenus.

Dicitur 2°. applicationem hu-
iusfructus fieri a Sacerdote nomine principalis offerentis Xpti Dni; Xpus vero Dnus
potuit applicare fructus suae passionis pro sua voluntate, cui placuerit; voluit que appli-
care defuncto baptizato, n vero Cathecumeno in quo nulla alia ratio praeter voluntatem
applicantis invenit. quapropter omittendo q sit hic, et nunc Ecclesiae Subditus de-
functus ille baptizatus, pertinet tamen ad familiam Xpti, et e membrum huius cor-
poris, cuius e caput Xpus Dnus, quod sufficit ad percipiendum fructum huius sacri-
ficii.

(a) Dico 3°. Sine statu gratiae sanctificantis, vide homini existenti in pe-
ccato mortali n potest fructuose applicari hoc sacrificium, qua Satisfactorium e,
ex quo sequitur audiendos n esse, qui dixerunt posse virtute huius sacrificii
remitti homini existenti in peccato poenam debitam ex aliis peccatis iam dimissis.
Ratio e, quia homo per peccatum mortale, in quo actualiter e meruit de condigno
praeter alias poenas, ut hoc sacrificium n applicetur ipsi, qua Satisfactorium e
pro poena debita ex peccatis; hoc enim e beneficium amicorum, n inimicorum.
Cap. 3. pro peccatoribus, infidelibus, et Cathecumenis applicatur hoc sacrificium,
qua impetratorium e. = = = = = = = = = = = = = = = = =

Caput, 3um,

Pro Peccatoribus, Infidelibus, et Cathecumenis applicatur hoc sacrificium qua impetratorium est.

Certum est, quod licet hoc sacrificium non possit appli-
cari pro peccatoribus qua satisfactorium, quia pro statu peccati non sunt capaces satis-
factionis ex sacrificio provenientis, ut vidimus Cap. praecedenti; potest tamen
applicari pro peccatoribus, qua impetratorium est. Ratio disparitatis est, quia sacrificium
qua satisfactorium dicit remissionem poenae; haec autem actualiter applicari non potest
homini merenti poenam aeternam: remitti enim poenam virtute sacrificii supponit
amicitiam divinam: sacrificium vero qua impetratorium non supponit amicitiam divinam,
cum potius ideo pro peccatoribus offerat, ut Deus illorum misereatur, et ad suam
gratiam, et amicitiam convertat.

Difficultas est, an pro infidelibus, et Cathecume-
nis possit hoc sacrificium applicari, qua impetratorium est. P. Vasq. disp. 227
acriter defendit hoc sacrificium pro non baptizatis directe offerri non posse. Consentit
P. Azor. lib. 10. Cap. 22 asserens non posse licite Sacerdotem offerre Missam
directe pro conversione infidelium. Eamdem opinionem amplectitur P. Granadus Contro-
versia 6. de Eucharistia Trac. 14. disp. 6. affirmativam quam subscribo, tuetur
P. Suar. disp. 78. Sect. 2. Cardi. de Lugo disp. 19. Sect. 10. P. Castillo
Tract. 5. de Sacrificio Missae disp. 4. dubit. 3. P. Arra. disp. 52. Sect. 3.

Asserendum ergo est posse licite, valide
et directe pro infidelibus et Cathecumenis hoc sacrificium applicari in ordine
ad impetrandum bona aliqua. Probatur 1º ex pluribus illis locis, quae adducuntur
a P. Vasq. ex quibus constat Ecclesiae fuisse usum pro Cathecumenis orationes,
et preces fundere in Missae sacrificio. Affert 1º authoritatem Clementis Rom.
qui lib. 8. Constitutionum loquendo de precibus, quae fiebant, dum Missae
sacrificium peragebat, inquit Ecclesiam dicere consuevisse Omnes pro Cathe-
cumenis Deum obsecremus. Et alia similia. Affert deinde autoritatem
Chrisostomi in sua Liturgia ante consecrationem introducentis Diaconum
dicentem fideles pro cathecumenis oremus.

His, et alijs testimonijs P. Vasq.
in Missae sacrificio preces pro cathecumenis orari non tamen pro illis sacrificium

offerri. Deficit hæc solutio. 1° quia Ecclesia in Calicis oblatione dicit hoc sacrificium offerri pro nostra, et totius mundi salute, in quibus verbis plus dicit, quam si diceret solum esse offerendum pro salute Christianorum. 2° quia ut constat ex libro, qui inscribitur Ordo Romanus in Missa, dum Cathecumenos præparant ad futurum baptisma hæc verba habentur. Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ quæsumus Domine, ut placatus accipias, quam tibi offerimus pro famulis, et famulabus tuis, quos ad æternam vitam, et beatum gratiæ donum eligere, atque vocare dignatus es.

Ex quibus et aliis testimoniis, ex Ecclesiæ consuetudine desumptis satis aperte convincitur usitatum fuisse in Ecclesia Dei, non solum preces, et orationes effundere, sed et sacrificium ipsum offerre pro cathecumenis. De gentilibus, et infidelibus expressit Tertullianus scribens ad Scapulam cap. 2. Sacrificamus pro salute Imperatoris. Ubi de sacrificio altaris loqui indubitatum est, cum tamen Imperator gentilis esset. Unde optima ratio pro cathecumenis, et infidelibus colligitur. nulla stat Ecclesiæ prohibitio de offerendo Missæ sacrificio pro conversione gentilium, quapropter hoc sacrificium prodest bono spirituali, et temporali infidelium, et ideo pro cathecumenis et infidelibus potest, qua impetratorium est, applicari.

Deinde ex usu legis veteris, in qua sæpe fiebant sacrificia pro impetrando infidelibus bona aliqua, quia sacrificii ratio tunc non erat limitata: idem dicebit in lege gratiæ, quandoquidem verum sacrificium magis sufficiens, et universale est. Item sacrificium cruentum pro omnibus quo ad sufficientiam fuit oblatum a Christo Domino. ergo cum sacrificium incruentum altaris non sit minoris virtutis pro omnibus, quo ad impetrandum offerri potest.

Ulterius dico hoc sacrificium ut impetratorium, offerri posse pro quacumque re iuste a Deo obtinenda: quapropter non solum pro baptizatis cathecumenis, et infidelibus, ut dictum est, offerri potest sacrificium, sed etiam pro animantibus, et pecoribus, quatenus homini utilibus, et necessariis, quod ex illis colligit Tridentini verbis sess. 22. cano. 3. offerri debet pro vivis et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus

Unde mirum est, inquit Cardinalis de Lugo, quod hoc sacrificium possit offerri ad impetrandam sanitatem Vobi, aut Equo, non autem ad impetrandam salutem spiritualem filio, vel amico infideli.

Fundamentum ex autoritate, quae afferunt a S. Vasq. optime Ducllunt a Cardi. de Lugo, et a PP. Societatis nostrae. Unico verbo illis dico hoc sacrificium non applicari neque debere applicari eodem modo in fidelibus, et cathecumenis, sicut applicatur fidelibus baptizatis; his enim applicatur, qua impetratorium, et satisfactorium est, illis vero, qua impetratorium praecise. Videatur Card. citatus, et alii DD., qui sufficientissime Refent. S. Vasq.

Obijcit 1.º ex P. Azor: aliud est offerre Missam pro incremento fidei Christianae, Religionis amplificatione, propagatione Legis Evangelicae in toto terrarum Orbe; aliud vero offerre sacrificium missae pro hominibus ab ecclesia alienis. primum fieri potest; quotidie enim offerimus sacrificium missae pro Anglia, et pro Germania; in quo directe pro bono ecclesiae, indirecte autem pro illis hominibus sacrificium offerimus. Secundum autem fieri non potest, quia hoc esset directe pro hominibus alienis ab ecclesia sacrificare: Ergo nunquam licet directe sacrificium infidelibus, et cathecumenis applicare. Respondetur. Utrumque modum esse licitum (excipio excommunicatos, de quo insequenti Cap.) ut expresse docet P. Suar. consultius tamen est nunquam exprimere nominare personam propter scandalum populi.

Obijcit 2.º: hoc sacrificium, qua satisfactorium, prodest solis baptizatis; ergo qua impetratorium prodest solis baptizatis, quia si quo ad unum effectum potest applicari infideli, potest quo ad omnes alios. hoc argumentum petit assignemus discrimen inter fructum impetratorium, et satisfactorium sacrificij. quando applicatur sacrificium, ut satisfactorium alicui, immediate fit beneficium illi personae, cui applicatur sacrificium, quandoquidem remittit illi poenam temporalis, relicta ex peccatis praecedentibus; quando vero sacrificium applicatur, ut impetratorium, immediate fit beneficium personae impetranti, oranti, et deprecanti.

Quando enim ego deprecor Regem, ut conferat dignitatem alicui; Rex

autem Motus meis precibus, Offert illi dignitatem, et taliter illud beneficium Mihi Offert, quamvis alius dignitate careat. potest ergo hoc sacrificium applicari extra Ecclesiam constitutis, qua impetratorium est, quia tunc beneficium taliter illis non offert, sed Xpto. Dno. oranti, et deprecanti pro suum sacrificium; non potest autem applicari, qua satisfactorium, quia tunc beneficium taliter illis offerret, cuius non sunt capaces inimici Xpti. Dni. infideles, et illi, qui nondum baptismum receperunt. hoc enim est beneficium amicorum, non inimicorum, ut iam diximus. Cap. 4. quid sit dicendum de excommunicatis? = = = = = = = = = = = = = = =

Caput, 4um,

Quid sit dicendum de excommunicatis?

Ecclesia per excommunicationem Maiorem intendit privare excommunicatum omnibus sufragijs. sufragia omnia sunt orationes, quae nomine Ecclesiae dicuntur, indulgentiae et sacrificium Eucharistiae. Unde colliges Ecclesiam non privare excommunicatum sufragiis privatis quia unusquisque homo suam satisfactionem, et orationem potest specialiter dirigere ad excommunicatum, quae satisfactio proderit si inveniat illum in statu gratiae.

Unde in Sacerdote considerandum est id, quod facit suo nomine, nomine Ecclesiae, et nomine Xpti. Dni. nomine proprio potest Sacerdos in Missa orare pro excommunicato, dummodo id faciat mentaliter non vero per orationes illas, quae in Missa dicuntur nomine Ecclesiae. potest etiam in Memento secreto orare pro excommunicato, dum nomine privato id faciat et aliqui de hoc dubitaverint.

Addunt Angelus, et Silvester licitum esse Sacerdoti dum publice orat nomine totius Ecclesiae simul intentione privata, et in propria persona, petitionem eamdem facere pro excommunicato. Deinde Navarrus addit licitum esse Sacerdoti totum opus dicendi Missam, et sacrificandi, quatenus est proprium opus talis privatae personae

p quod hct suam satisfactionẽ, et impetrationẽ ex opere operantis offerre priuata intentio
ne p excommunicato, q̃a dum illum respectuz illud ẽ priuata oratio, l. satisfactio
cuius applicatio libera, et voluntaria ẽ sacerdoti, et de illa nulla dat ecclesiæ pro
hibitio.

Si autem desideret sacerdos, vt operans nomine ecclesiæ, et Xpti Dñi
n̄ potest hoc sacrificium offerre p excommunicato; cum hoc tamẽ discrimine, quod
si vellit nomine ecclesiæ offerre, illicite, et inualide offeret, q̃a ecclesia nullã hẽt
intentionẽ offerendi p excommunicato, s. potius oppositam, q̃d hoc sacrificium
p illo n̄ offerat. Si vero vellit sacerdos nomine Xpti Dñi offerre sacrificium,
illicite offeret, q̃a facit contra ecclesiæ prohibitionẽ, valide tamẽ, q̃a quoad potestatẽ
applicatiuã valide exercendã nullomodo dependet sacerdos a voluntate ecclesiæ,
vt dicebamus disp. 15. Cap. 2.

In hoc tamẽ agnoscit magnam difficultatẽ P. Arria.
q. cu. ex una parte celebrandi absolute, et simpliciter licita sit sacerdoti,
et ex alia vero possit fiere intentionẽ penitus internam, et occultam offerendi
p excommunicato; quæ cum n̄ sit externa n̄ subiacet ecclesiæ potestati, cum
ecclesia n̄ iudicet de occultis, inferri videtur n̄ peccaturũ sacerdotẽ offerentẽ
nomine Xpti Dñi Missæ sacrificium p excommunicato intentione priuata
secreta, et interna, et penitus oculta. Vnde valde probabiliter inquit P.
Arria defendi potest sacerdotẽ n̄ peccaturum hoc modo offerentem Missæ sacri
ficium p excommunicato.

Asserendũ nihilominus cu. communi sñã, quã tandem
amplectit idem Arria sacerdotem hoc modo offerentẽ peccaturũ mortaliter.
Ratio ẽ, q. lt ecclesia n̄ hẽat potestatẽ in actus pure internos directe, potest
tamẽ hẽre supra illos potestatẽ indirecte, quã pp ecclesia, quæ potest absolute
prohibere celebrationẽ sacri, quandoquidẽ hoc sacrificium ẽ decusũ a Xpto Dño
ecclesiæ in ipsa celebrandũ, potest permittere sacerdoti celebrationẽ sub hac li
mitatione, vt n̄ offerat sacrum nomine Xpti p excommunicatis, l.
poterit permittere externam celebrationem sacri, si talis, l. talis interna

voluntas adiungat, quod est solum exercere potestatem supra voluntatem internam indirecte. 150
aliam solutionem habet P. Suar. videnda tom. 5. de censuris disp. 9. sect. 4.

Difficultas

est qui nam excommunicati pro presenti intelligantur, an nominatim excommunicati et publici clerici percussores, qui dicuntur non tolerati, an omnes omnino etiam tolerati. P. Suar. tom. 5. disp. 9. sect. 2. P. Vasq. tract. de excommunicatione dub. 2. P. Thom. Sanchez lib. 10. de Matrimonio disp. 9. n. 13. et alij dicunt neque nomine Xpi. Dni. neque Ecclesiae licere sacrificium offerre pro excommunicato sive tolerato, sive non tolerato. Oppositam tamen et affirmativam sententiam sequuntur P. Henriquez lib. 13. cap. 11. P. Sa. verbo excommunicatio. P. Coninc. disp. 14. de excommunicatione dub. 6. Card. de Lugo disp. 19. sect. 10. et alij.

Hanc sententiam probant

aliqui 1.° quia multi viri sapientissimi offerunt sacrificium pro provincijs hereticis infectis, et Deus pro excommunicatis toleratis offerri potest hoc sacrificium. ex hoc argumento moveri videtur P. Arra. ad dicendum probabile esse, sacrificium Missae posse in intentione privata, et penitus interna nomine Xpi. Dni. offerri pro excommunicatis toleratis. Ceterum neque probat hoc id quod cum in presenti disputamus, neque P. Arra. ratio est, quia quando sacrificium offertur pro provincijs hereticis infectis, directe offertur pro incremento Catholicae Religionis, et indirecte etiam pro hominibus illis offeratur in quo nihil prohibitum meo iudicio continetur; dubitatio vero presens solum procedit de oblatione directa pro excommunicatis, non vero de indirecta.

Probant 2.° excommunicatus toleratus potest admitti in templum dum Sacrum celebratur, ex quo autem Sacerdos offerat pro omnibus circumstantibus in verbis illis: Et omnium circumstantium; ergo videtur posse Missae sacrificium pro excommunicatis toleratis offerri. —
Respondeo facile potest, quod quando Sacerdos offert Missae sacrificium pro circumstantibus intendere non sint prohibiti; excommunicatus autem prohibitus est, et ideo pro illo non offert Missae sacrificium presertim cum Sacerdos adiungat: quorum tibi fides cognita est, et nota devotio. in quibus verbis excommunicationis

Vinculo ligatis videt^r excludere.

Probatur 3.º possumus cum excom.^{to} tolerato vel itera- ves l. cantare officium divinum; tunc autem possumus pro excom.^{to} dicere: Misereatur tui omnipotens Deus, et Dominus vobiscum: possumus deinde excom.^{tum} toleratum sepelire in loco sacro; ergo similiter Missæ sacrificium possumus pro tolerato offerre. Adhuc quod quando Concilium Constantiense fecit eam divisionem inter excom.^{tos}, ut unus voluerit esse toleratus, alius vero non, nullo modo favere excom.^{tis}, sed solum illis, qui non erant excom.^{ti}

Ex quo fit, quod si possimus cantare, l. recitare divinum officium cum excom.^{to}, et sepelire illum in loco sacro quia tamen possimus Missæ sacrificium pro illo offerre. Ratio est, quia posse cantare, l. recitare cum excom.^{to} divinum officium potius in favorem, et commoditatem non excommunicati, ne multum laboret in cantando, l. recitando; offerre vero Missæ sacrificium pro excom.^{to} commoditas, et utilitas est excommunicati, quæ nullatenus intendit Concilium Constantiense: simili modo de sepultura ecclesiastica dicendum est favore decerni non excommunicatis, ne scilicet, sint soliciti in quærendo locum alium sepulturæ.

His argumentis iam examinatis asserendum est, neque nomine Ecclesiæ, neque Christi Domini posse Missæ sacrificium offerri pro excom.^{to} excom.^{tione} maiori, etiam si sit toleratus, et ritibus apeuatis. Ratio brevis, et facilis est, quia excom.^{tio} maior privat hominem omnibus suffragiis; hæc autem censura non tollitur per interiorem pœnitentiam; unde dimissa culpa per contritionem potest manere censura quo ad suos effectus, et consequenter, si sit toleratus cum tamen sit excom.^{tus} excom.^{tione} maiori privatur fructu huius sacrificii. Disp. 17 de effectibus.

Disputatio, 17,

De effectibus, et valore Eucharistici sacrificii.

Caput. Ium

Ratio meriti, impetrationis, et Satisfactionis quæ datur in hoc sacrificio explicatur.

Cum hoc Sacrificium offeratur a pluribus ut explicatum est disp. 15. potest in ordine ad omnes illos sacrificium considerari. In hoc 1º cap. Meritum, impetrationem, et satisfactionem in Sacrificio relucentem expendemus. hoc sacrificium prout offertur a Xpto. Dno. non habet actualem rationem meriti, quia Xptus. modo non est in statu actualiter merendi: cum hoc tamen stat, quod hoc sacrificium nascatur ex voluntate illa bona, qua hoc sacrificium fuit institutum a Xpto applicando illi merita sua, quæ fuit meritoria tunc, quando concepta fuit a Xpto. Dno. in statu merendi ut diximus disp. 15. Cap. 1º.

Ecclesia item quatenus offert hoc Sacrificium non meretur actualiter per illam oblationem, quia tantum offert ecclesia actualiter in quantum habuit voluntatem acceptandi, Sacerdotem, tanquam ministrum a Deo datum, et offerendi Deo per manus illius Sacrificium; sed hæc voluntas habitualiter solum durat: ergo non meretur per hanc voluntatem, et consequenter neque per oblationem sacrificii. Probatur Minor: per voluntatem enim habitualem nemo meretur actualiter, quia nemo meretur, nisi quando actualiter operatur. Unde quamvis illa voluntas fuerit bona, et honesta non habet rationem meriti actualis.

Sacerdos, et reliqui offerentes merentur quidem per voluntatem offerendi sacrificium, quam actualiter concipiunt, quod quidem meritum erit de condigno, si habeat hæc voluntas conditiones omnes ad meritum de condigno requisitas. Unde correspondebit præmium huic voluntati, quia meritum est in ordine ad præmium; præmium, inquam, ex opere operantis, quod enim præmium datur intuitu nostrorum bonorum operum ex opere operantis est.

Ex quo duo colliguntur. primum est reliquos offerentes præter Sacerdotem, ministrantes, ut, dantes stipendium etc. specialem esse fructum colligere, quia offerentes, verum hic fructus ex opere operantis

est, n. ex opere operato, neq. obstat hoc, qd diximus disp. 15. Cap. 3. nimirum offerentes alios preter Sacerdotem nullo modo percipere fructum ex sacrificio, precisse ex titulo offerentium; q. tunc loquebamur de fructu ex opere operato, n. ex opere operantis, de fructu proveniente ex sacrificio, n. vero de fructu proveniente ex bonis operibus concomitantibus.

Secundum, qd colligitur, e, qd si p errorem apponatur in sacrificio panis hordeaceus, l. vinum ex pomis, n. ideo defficeret fructus ex opere operantis, deficit tamen fructus ex opere operato. n. ideo deficit fructus ex opere operantis, q. potest persistere voluntas illa sacrificandi bona, supernalis, et cum reliquis conditionibus ad meritum requisitis, cui alligatur ille fructus ex opere operantis. deficit fructus ex opere operati, q. ubi nullum datur sacrificium, nullus datur fructus ex opere operato, sive ex sacrificio proveniens.

Impetratio similiter, que reperitur in hoc sacrificio potest in ordine ad omnes offerentes comparari. de sacerdote, et reliquis cum ipso offerentibus, ut ministrantibus, dantibus stipendium etc. certum e p hoc sacrificium impetrare sicut p alia bona opera possunt impetrare. circa Ecclesiam potest esse aliqua difficultas, q. sicut n. meretur propter defectum voluntatis actualis, ita videtur n. impetrare propter defectum eiusdem voluntatis. ille enim dicitur orare, qui habet actualem voluntatem orandi, et consequenter ille dicetur impetrare, qui habet actualem impetrandi voluntatem, cum impetratio, et oratio videantur n. distingui.

Asserendum nihilominus e ad orandum, et impetrandum sufficere, qd aliquis oret sive p se, sive p alium, qd exemplo legati manifeste declaratur. sicut enim Princeps apud Pontificem orat p suum legatum, et impetrat p illum Nationem, sic similiter Ecclesia orat p Sacerdotem tanquam p ministrum ad id specialiter deputatum. unde n. requirit libertas actualis in orante, l. impetrante quando hec actio exercetur p ministrum, l. delegatum. meritum vero sicut n. potest exerceri p alium ita petit libertatem actualem in merente.

Hoc sacrificium etiam comparatum ad Christum Dominum habet rationem impetrationis, qd e idem

